Casella N.° 135-23
39/13

VINCENTII BELLINI
FERRARIENSIS
DE MONETIS ITALIÆ
MEDII ÆVI
HACTENUS NON EVULGATIS
QUÆ IN PATRIO MUSEO SERVANTUR
UNA CUM EARUNDEM
ICONIBUS
ALTERA DISSERTATIO.



FERRARIÆ MDCCLXVII.

TYPIS JOSEPH RINALDI

SUPERIORUM PERMISSU.



Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/vincentiibellini00bell

ILLUSTRISSIMO DOMINO, D. MARCHIONI

THOMÆ SACRATI

SAPIENTUM JUDICI,

NEC NON ILLUSTRISSIMIS MAGISTRATUS SAPIENTIBUS

JOSEPHO BONAGLIA J.U.D., JOSEPHO VENETICI J.U.D.,
SANCTI RAVALI PH., ET M. D.,
JOANNI HIERONYMO AGNELLI, JOSEPHO MALVEZZI
NICOLAO SCUTELLARI,
JOANNI MANINI, ET JOANNI BUOSI.

VINCENTIUS BELLINI

ANnis ab hinc ſeptem tibi, Vir Illuſtriſſime, in hac primúm honoris celſitudine, bonis omnibus conſentientibus, collocato, et Illuſtriſſimis Magiſtratus Sapientibus, quorum nonnullos etiam hoc tempore in eumdem hunc Cœtum cooptatos intueor, Librum a me de Ferrarienſibus nummis inſcriptum, et prodeuntem in lucem publicam commendavi. Hanc meam ad tale patrocinium confugiendi cogitationem probavi ſemper, et in hac non medi-

mediocriter mihi placui, et probo etiam toties, mihique placeo, quoties (quod ſit ſæpiſſimé) obverſatur eximia illa tua, Vir Illuſtriſſime, ac cæterorum Sapientum benignitas, quam ſatis aperté ſignificaſtis, meque, meumque ineruditum Opuſculum majori, quam opinabar, humanitate excepiſtis. Hæc me profectó benignitatis mirificæ recordatio excitavit etiam hoc tempore, ut ad hujuſmodi auſpicium confugerem: nec excitavit modó, ſed voluit etiam plurimúm, ut omnibus recuſatis, Tibi, Vir præſtantiſſime, et Sapientibus cæteris hanc de Monetis Italiæ a nemine, quod ſciam, evulgatis, et a me non ſine multa diligentiæ contentione collectis Diſſertationem libentiſſimé conſecrarem. Quemcumque ſit res exitum habitura, non potui, quin veſtro nomine ornari vellem hanc meam antiquitatis eruditionem, et publici juris fieri altera hac de cauſſa, quam velim ſtatim intelligatis. Nummos, quorum nunc notitiam exibeo, quique in publico Muſeo, cui præſum, aſſervantur, nonne omnes, Vobis mihi ad id pecuniam ſuppeditantibus comparavi? Non poteram igitur nolle hanc Diſſertationem meditari, et conficere, typis evulgare, et veſtro patrocinio committere. Hoc a me quidem et mei officii ratio, et veſtra auctoritas jure merito poſtulabant. Non debent exteræ nationes, ac præſertim finitimæ, quibus huiuſmodi rerum eſt copia, non debent neſcire hac nos etiam Ferrarienſes ſupellectilis cupiditate ſollicitari. Oportet ſané ab iiſdem non ignorari, Vos, Homines nempé multiplici rerum gerendarum

occupa

occupatione diſtentos illud etiam ſapienter excogitare, ut in noſtro Muſeo minús deſiderentur, quæcumque noſtrorum Adoleſcentium eruditionem adjuvent, et externorum hominum admirationem alliciant. Fateor ingenué fateor: verebar, dubitabamque vehementer (qua Scriptores plerumque omnes dubitatione cruciantur) dubitabam quin grata, et jucunda lecturis acciderent, quæ a me ſcripta homine eruditorum infimo agnoſcerent. Verúm hac me omninó dubitatione defendi, ſimul atque reputavi leve hoc opus, exiguumque tantorum Hominum patrocinio illuſtrandum. Scilicet ſcriptis meis illud ornamenti ex hoc patrocinio, quod nequaquam poterat a Scriptoris tenuitate expectari. Atque, ſi rem velimus totam, ut ipſa eſt, penſitare, non poſſum, quin mihi, meiſque litteris maximum ornamentum, et gratiam ex hac nuncupatione pollicear. Licét enim non ſatis probabilia, quæ ſcripſimus acutis, et egregié antiquitatem callentibus hominibus videri poſſint, probabunt tamen; et ſe credent potius ſua opinione deceptos, quám id cenſeant, Viros optimos, et ſumma in rebus judicandis prudentia præditos, ſuo patrocinio donaſſe eas litteras, quæ non eſſent ſaltem aliqua ratione probabiles. Qui perſpectas jam ſatis habetis cauſſas et exploratas, quæ me, ut in fide, et veſtra clientela conquieſcerem impulerunt, accipite, qua ſoletis humanitate, Opuſculum Vobis jampridem debitum; et niſi in hoc reperietis, quod dignitatem, et ſapientiam veſtram omninó deceat, nihilominus ſcriptoris conſilium proba-

probate, qui in hac nummorum promulgatione cum Patrocinii Veſtri nuncupatione voluit nihil potius, quám officii ſui, ſuæque erga Vos obſervantiæ ſignificationem plurimam exhibere.

Ex Publico Ferrarienſi Muſæo IV. Non. Junii MDCCLXVII.

DE MONETIS ITALIÆ MEDII ÆVI HACTENUS NON EVULGATIS

ADRIÆ.

Lteram de Italicis medii ævi Monetis a nemine, quod ſciam, hucuſque evulgatis Diſſertationem ſcripturi, methodum, qua in anteriori uſi ſumus, proſequendo, ab argenteo ſummæ raritatis (1) nummo Adriæ (2) percuſſo exordiemur; I in cujus prima fronte inſculpta apparet Crux hiſce vocibus circumſepta *Matthæus* DE CAPVA; et in ſuperiori circuli parte gentilitium Capuanæ familiæ ſcutum, in quo faſcia obliquè ab latere dextro exarata deducta conſpicitur

(1) Nullus hujuſce Urbis nummus fuit adhuc proditus, neque ego per plura itinera in eruditorum virorum Pinacothecis inſpexi. Merito ergo ab Antiquariis omnibus inter rariſſimos enumerandus, cum eis, et ipſiſmet Adrienſibus, ut mihi per epiſtolas faſſi ſunt, hæc officina monetaria latuerit: quam, cum nulla alia Adrienſis moneta occurrerit, in Matthæo deſiſſe, credere fas eſt.

(2) Adria vulgo *Atri* hìc inuitur quarto a Mari lapide diſſita, in Regione Brutiorum, ac Montis faſtigio condita; ad illius Adriæ olim celebris diſcrimen, quæ in Veneta ditione ſpectatur. Adriam Brutiorum Adriani Imperatoris natalibus inclaruiſſe nonnulli perhibuère. Nec defuère, qui Adriatico ſinui nomen dediſſe, imprudentius ſcripſerint.

ſpicitur. In adverſa Sanctus Epiſcopus dextera benedictionem impartiens, ſiniſtra Crucem ſuſtinens cum hac inſcriptione S. NICOLAVS. Cum Ioannes Antonius Tarantinus Princeps, et alii Regni Proceres acri fædoque bello Ferdinandum Neapolis Regem anno MCCCCLIX. petiiſſent, et imperio deturbare niterentur; Aragonius Joſià Aquavivà, qui cum Rebellibus occultas fovebat ſimultates, Adrienſi Ducatu abdicato, Matthæum de Capua Regiæ partis ſtudioſum, cui ob ſpectatam fidem, et bellicis in rebus virtutem Teatinæ urbis cuſtodia fuerat demandata, Adriæ Ducali auctoritate præfecit; ſtetitque donec Joſias rebus cum Rege compoſitis in Principatum reſtituitur. Capuano ergo imperante evulgatus nummus cuſus eſt.



ANCONÆ

I. PRimus argenteus nummus exhibet in circuli ſummitate equeſtrem virum, ſubſequentibus vocibus DE ANCON. in medio A. A tergo P. P. S. QVIRIACVS. quatuor poſtremis litteris in area ad formam Crucis diſpoſitis. Hic eſt Sanctus Cyriacus Anconæ Epiſcopus (1) et Patronus principalis; qui cum aliquando ad Loca Sancta inviſenda ſe contuliſſet, Hieroſolymis pro Chriſti Fide IV. Non. Maii anno CCCLXXII. Martyrii palma ſub Juliano Apoſtata coronatus eſt: cujus corpus Galla Placidia Arcadii, et Honorii Imperatorum ſorore curante, anno CCCCXVIII. Anconam delatum, ac apud Eccleſiam Sancti Stephani depoſitum; ad Ca-

(1) Non me fugit nonnullos doctrina celebres aſſeruiſſe, S. Cyriacum ex Epiſcoporum Anconitanorum albo eſſe expungendum; cum nullum ad rei veritatem affirmandam apud Scriptores reperiri poſſit Monumentum. At cum vulgata ſemper et conſtans viguerit penes Anconitanos traditio: iccirco facile adducor ut credam, Sanctum Cyriacum ab Anconitanis veneratum eorum Eccleſiæ præfuiſſe.

ad Cathedralem dein tunc Sancto Laurentio, modò verò communi Populi conſenſu Sancto Cyriaco ſacram MXCVII. translatum eſt: ibique ad hæc uſque tempora ſervatur, et colitur.

Secundus argenteus nummus ſuperiori penitus ſimilis eſt; niſi quod punctorum loco in poſticæ margine duos Olivarum ramos II.
e lateribus Crucis artifex inſculpſit.

Vir equo inſidens inſpicitur pariter in circulo tertii argentei nummi cum epigraphe DE ANCON. in medio A. parvis cum III.
circulis ad latera, et infra diſpoſitis. Averſa pars præfert has litteras, partim in ambitu, partim in area exaratas. P.P. S. QVIRIACVS.

Qui quarto ſuccedit loco argenteus nummus in inſcriptionibus cohæreſcit cum antecedenti. In hocce porro vir equo inſidens, IV.
et circuli circum A deſiderantur; uti ex ejus forma dignoſcitur.

Typus quinti ex argento conflati nummi cum illo ſatis congruit, quem dedimus in prima Diſſertatione ſub numero I. præ- V.
terquamquod in adverſa ejus facie Roſarum loco Stellæ apparent inſculptæ. Quæ Stellæ ſecus tamen ab artifice elaboratæ inſpiciuntur pariter in ſexto argenteo easdem inſcriptiones exhibente VI.

In antica ſeptimi argentei nummi eminet Crux ſub hac epigraphe ANCONA: in poſtica P.P. S. QVIRIACVS, ultimis tri- VII.
bus litteris in medio collocatis. Hìc conſiderandæ veniunt Siglæ P.P. quæ diverſimodè explicari poſſunt; nempe *Perpetuo Patronus*, ſeu *Perpetuus Protector*, ut placuit Muratorio; vel uti probabilius plerique cenſent, quibus adhæreo, PAPA. Hac enim nomenclatura antiquitus vocabantur etiam Epiſcopi: ut egregiè probat Jacobus Bracius, qui de hac Voce Librum intexuit

Sequitur octavus æreus nummus, in cujus anterioris partis VIII.
medio conſpicitur Crux, hiſce vocibus in gyrum poſitis EPS. S. QVIRIACVS. *Epiſcopus Sanctus Cyriacus*. In averſa legitur DE ANCONA: In area littera A. ſemigothico excalpta charactere

Hæ notæ et in parte qua Crux, et in oppoſita conſpiciuntur pariter in nono æreo nummo; ſed quoniam in quibusdam cæ- IX.
latura differt, hunc quoque non omittendum cenſuimus. Hæ novem jam evulgatæ Monetæ, etſi majore inter Anconitanas cæteras præſtent antiquitate, attamen poſt annum MCXCIX. cuſæ cenſendæ ſunt, quo tempore Anconitani ad Pontifices regreſſi, omnium primi ex Marchiæ Populis poteſtatem ſignandi mone-

tas (1) reportarunt, quæ uſque ad totum Xiſti V. Pontificatum perduravit.

I. In prima decimi argentei nummi facie exhibetur Sanctus Cyriacus ſtans, elevata dextera in actu benedicendi, ſiniſtra Virgam Paſtoralem ſuſtinens cum hac inſcriptione P. P. S. QVIRIACUS. A tergo Urbis ſtemma, Viri nempe cataphracti currenti equo inſidentis protome, et Urbis nomen. Cum Anconitanum Portum anno Chriſti circiter CXV. Traianus Imperator ex propria pecunia inſtauraſſet (2) Triumphalem ad ejus ornamentum Arcum arte ſumma elaboratum extruxit; in cujus faſtigio equeſtris ipſius Traiani cataphracti aurata ex ære Statua erecta eſt, quam Anconitanis uti Urbis ſtemma optimus Princeps geſtare conceſſit; a quo tempore ad hanc uſque diem perſeverant.

XI. Qui ſub num. XI. cernitur argenteus nummus oſtendit ipſiuſmet Sancti Cyriaci ſtantis imaginem, et inſcriptionem, ut in antecedenti. Ab adverſa parte in area Crux, in limbo binæ Claves decuſſatæ cum lemmate DE ANCONA

XII. Binæ Claves in decuſſim trajectæ conſpiciuntur pariter in margine poſticæ duodecimi argentei nummi; in cujus antica ipſe Sanctus Cyriacus ſtat Crucem pro Paſtorali læva tenens, cum inſcriptione uti in X. Anconitani cum a Paulo Paleologo Hieroſolomytano Patriarcha, qui anno MCCCLXXXVIII. Anconam acceſſerat, Sanctum Cyriacum ab ipſis veneratum Hieroſolomytanam Eccleſiam gubernaſſe didiciſſent; atque a cænoſis hauſiſſent fontibus, Cyriacum illum Hieroſolymæ Epiſcopum Salvatoris noſtri Crucem, Helena Conſtantini Imperatoris matre cu-

(1) Hujuſce Zecchæ antiquitas Rubei Ravennatis auctoritate corroboratur, qui in patria hiſtoria ad annum MCCXLIX. conventionem inter Anconitanos, et Ravennates initam de cudenda Moneta perennavit: quo ſanè tempore, et antea Libras Denariorum Ravennatium, et Anconitanorum fuiſſe in uſu, ex non paucis autographis membranis dignoſcitur. Et revera Gregorius IX. in epiſtola ad Anconitanos data Laterani X. Kal. Decembris MCCXXXIII. et ab Ughellio evulgata *Ital. Sacr. Tom.* 1. *pag.* 333. commemorans gratias a Sede Apoſtolica ipſis elargitas *Monetam* enumerat *Comitatum*, *Portum*, *et alia jura*, *quæ nullis de Marchia ſunt conceſſa ad noſtram Curiam pertinentia &c.* Quæ ad Innocentii III. tempora probabilius referenda; in quibus Joannes Cardinalis S. Priſcæ totius Marchiæ Legationis munere fungebatur.

(2) Non audiendus eſt Blondus *Ital. Illuſtr.* aſſerens Anconitanum Portum a Trajano fuiſſe conditum; cum ex Livio *Decad* 4. *Lib.* 1., et Tacito *Lib.* 3. Portum hunc et aptum Claſſibus ante hujuſce Imperatoris ortum extitiſſe, pateat manifeſtè.

tre curante, adinveniſſe; hinc factum eſt, quod ſic hallucinati Sanctum ſuum Cyriacum, et in Cathedra Hieroloſomytana ſediſſe, et Sanctæ Crucis inventorem credidiſſent: in cujus facti memoriam Sanctum in læva Crucem geſtantem in hacce, aliiſque monetis depinxerunt. Quæ omnia ex apocryphis, et commentorum plenis Actis fuiſſe delibata maximè dignoſci poteſt: quod nullus Cyriacus nomine in Hieroſolomytanorum Epiſcoporum Catalogo recenſeatur; neque Cyriaco, ſed Macario, ut Teophanes coętaneus Scriptor perhibet, Crucis inventio adſcribi debeat. Quamplurima validiſſimaque ad hancce agnoſcendam veritatem, a Bolandiſtis de Geſtis S. Cyriaci ad diem quartam Maii differentibus afferuntur argumenta; ad quos eruditum lectorem remittimus.

In duobus ſubſequentibus argenteis nummis ejuſdem Sancti Protectoris ſtantis repræſentatur imago cum ejus nomine in circuitu. A tergo Urbis inſigne hiſce characteribus in orbe exaratis. ANCON. D. CIVITAS. FID. *Ancona Dorica Civitas Fidei*. Doricos fundaviſſe Anconam a nonnullis Scriporibus memoriæ proditum eſt, maximè id Juvenale, cujus verba ſubnectam, teſtante = *Ante Domum Veneris quam Dorica ſuſtinet Ancon* = At Strabo, cui aſſentitur Plinius, ad Syracuſanos ejus refert originem, qui a Dioniſii tyrannide declinantes, poſt longæ navigationis tædia Cumerium appulſi, eo in loco Urbem condidere, quam a littoris curvitate, *Ancon* græce dicta, Anconam nominarunt. Ad hoc porrò Scriptorum diſſidium conciliandum; a Doricis a fundamentis extructam, et a Syracuſanis auctam afferere fas eſt. Ut ut autem ſe habeat res: citra dubium Urbem hanc Romano fuiſſe addictam Imperio, quamdiù ejus potentia ſtetit, deprompſimus; dein ſub Gothorum, et Longobardorum ingemuit jugo; quo excuſſo, et ſui juris facta ſe ſe ſub annuo tributo Apoſtolicæ Sedi in Clientelam dedit anno DCCLXXIV. A Saracenis dein ſub ductu Sabbæ ferro, flammaque deleta, et a Civibus, qui cladi ſupererant, finitimisque ad hanc confluentibus Populis paulatim inſtaurata, ædificiiſque aucta, ſub Sexvirorum Magiſtratu in ſua libertate, ſalvo tamen Clientelari jure Sedi Apoſtolicæ, continuavit ad annum uſque MDXXXII. quo Clemens VII. ſummum Urbis dominium arte habere cepit, ac in ejus Succeſſoribus ad ævum hoc noſtrum perrexit. XIII. XIV.

In Deci-

XV. In Decimo quinto argenteo nummo effingitur Crux cum inſcriptione EPISCOPVS. S. QVIRIACVS. In altera facie littera A. hiſce vocibus in gyrum poſitis SOLA CIVITAS ANCONIT*ana* ſubintellige *Fidei* ; quæ vox totam occupat ſubſequen-
XVI. tis aream ; in cujus margine binæ Claves decuſſatæ , et verba P.P. S. CYRIACVS. In oppoſita Urbis ſtemma , addita epigraphe DE ANCONA. Ob impollutam integramque fidem Populis ſibi conſociatis , et Pontificibus præſtitam Ancona *Civitas Fidei* fuit appellata , quæ maximè Gregorii XI. temporibus enituit , in quibus cum quinquaginta et amplius Urbes a Pontifice defeciſſent , hæc in Fidei perpetuitate ſibi conſtitit.

XVII. Sex ſubſequentes nummorum typi maximam cum antecedentibus affinitatem habent , varia litterarum diſpoſitione , aſteriſ-
XVIII. cis , aut punctis exceptis. In XVII. tamen notandum venit
XIX. Urbis nomen in utraque nummi parte artificis errore inſculptum;
XX. ſicuti in poſtremi antica verbum *Epiſcopus* duobus P. exaratum,
XXI. et in ejus poſtica litteræ C. D. F. , quæ ſic legi debent *Civitas*
XXII. *Dorica Fidei*. Hiſce porrò, quatuor tantum , cæteris , quos habeo , prætermiſſis , Anconitanæ Marchiæ nomine conſcriptos ad-
XXIII. jungere curavimus : quorum primus et in ordine XXIII. ex argento conflatus , uti ex characteribus in primæ frontis margine exaratis , et ſtemmate in area depicto evincitur, ad Paulum II. ſpectat , qui anno MCCCCLXIV. fuit Pontifex renuntiatus. Averſa in parte conſpicitur ipſemet Pontifex ſedens dextra benedicens , ſiniſtra Crucem ſuſtinens ſub lemmate MARCHIA ANCoNE.

En iterum ejuſdem Pontificis Icon teſſeraria in æreo nummo
XXIV. delineata , cum inſcriptione PAVLVS. PAPA. II. A tergo Crux et verba uti in ſuperiori.

Argenteus, quem ſub Num. XV. damus , nummus Iulii II. ad Pontificatus apicem aſſumpti anno MDIII. oſtendit Inſigne , cum litteris in circuitu IVLIVS. II. PONT*ifex* MAX*imus*. In oppoſita Sanctorum Apoſtolorum Petri , et Pauli eminent imagines, et in margine nomen Divi Petri bis per errorem a Cælatore inſculptum.

Qui poſtremo loco inſpicitur aureus nummus ſub Leone X. in Pontificem adſcito anno MDXIII. cuſus eſt. Exhibet in uno latere Pontificis ſtemma hiſce verbis circumſeptum LEO PAPA

DECI-

DECIMVS. Ab alio S. Petrus, et Sanctus Paulus ſtantes; in exergo MARC*hia*. Hæc de Ancona ſatis. Ad Aquilanos progrediamur.

I



II



III



IV



V



VI



VII



VIII

IX

X



XI

XI



XII



XIII



XIV



XV



XVI



XVII



XVIII



XIX



XX



XXI

XXI



XXII

XXIII



XXIV

XXV

XXVI



AQVILÆ.

Conſpiciendum hìc primo damus ex infimo argento conflatum nummum, in cujus anteriori facie nobis gradientis Leonis obicitur imago, cum hac inſcriptione DE AQVILA. Poſterior præfert Crucem, et lemma REGINA. IVHANNA.

Ejuſdem Reginæ ac Urbis nomina, Leo gradiens, et Crux occurrunt pariter in ſecundo ex eodem metallo compacto nummo: at a diverſa matrice prodiiſſe, quis eſt qui non videat? Ambo ad Joannam hujus nominis ſecundam Ladislai ſororem ſpectant, quæ poſt mortem fratris Neapolitanum conſcendit ſolium anno MCCCCXIV. Hujuſce Reginæ geſta, ubi de Neapolitanis agemus nummis, non retiicebimus, ad quos lectorem remittimus.

I II

ARIMINI.

DEvenimus prout ordo expoſtulat ad Ariminenſes nummos, quorum duo ærei pauculo argento mixti mihi ſe ſe offerunt evulgandi. In anteriori primi fronte apparet exigua Crux octonis radiis circumſepta, litteris in orbe poſitis K. D. ARIMINI. *Carolus Dominus Arimini*. In poſteriori Sancti Juliani martyris imago, cum epigraphe S. IVLIANVS. Præclara Malateſtarum Gens e Germania oriunda, adeo apud Italos opibus, ac celeberrimis in re militari viris inclaruit, ut Fanum Fortunæ, Forum Sempronii, Piſaurum, Ariminumque in ſuam poteſtatem redegerit, eaſque urbes ſub annuo ſex millium Florenorum aureorum Cenſu Fiduciario jure ab Eccleſia reportaverit. In hacce emicuit Galeottus ille ex Pandulpho natus, qui nuptiis cum Gentile Rodulphi Varani Camertium Reguli filia anno MCCCLXVII. celebratis poſt multa præclara geſta, et Principatus fines propagatos ad plures abiit, anno qui fuit a Virginis partu quintus et octogeſimus ſupra mille trecentos, ſuperſtitibus filiis Carolo, Pandulpho, Andrea, et Galeotto Novello, inter quos partitum imperium reliquerat. In Carolum natu maximum res Ariminenſes translatæ, Pandulpho Fanum Fortunæ aſſignatur, Cæſenam Andreas ſortitur, Cervia in Galeotti ditionem ceſſit; ad quas aliæ Urbes, Oppida, et Loca acceſſere. Carolus, ſub quo nummus percuſſus, paternam cupiens æmulari virtutem bellicis rebus totum ſe dedit, in quibus non ſemel adverſæ fortunæ injurias expertus eſt. Tanti porrò penes Martinum V. fuit, ut aurea Roſa donatus, Vicariatus quoque confirmationem pro Galeotto Roberto, Sigiſmundo Pandulpho, et Dominico, ex inhoneſtis Pandulphi fratris amoribus procreatis, horum prius ſanata labe, meruerit reportare; quorum ſingulis portionem ſuam

ex teſta

ex teſtamento aſſignavit, Roberto ſcilicet Ariminum, Sigiſmundo Fanum, Dominico Cæſenam. Humanis rebus eripitur Carolus Lonzani XVIII. Kal. Septembris MCCCCXXIX. Cadaver Ariminum delatum in Divi Franciſci Templo ſepulturam eſt nactum.

Galeottus Robertus major natu, prout Patruus edixerat, Arimininenſi potitus eſt Principatu, quem cum per triennium ſumma cum clementia adminiſtraſſet, nulla ex Margarita Nicolai Eſtenſis filia ſuſcepta prole, obdormivit in Domino VI. Idus Octobris MCCCCXXXII.; cujus corpus ante portam Eccleſiæ Sancti Franciſci humatur. Miraculis poſt obitum clarus inter Beatos Franciſcanæ Familiæ, cujus habitum morti proximus ſuſceperat, recenſitus. Huic a fraternis virtutibus longè alienus ſucceſſit Sigiſmundus Pandulphus, ſub cujus imperio, quem damus ſub num. II., nummus fuit obſignatus, in cujus antica parte exhibetur Roſa, circum quam hi characteres S. P. D. ARIMINI. *Sigiſmundus Pandulphus Dominus Arimini.* In poſtica Sancti Gaudentii Urbis Protectoris effigies litteris in gyrum poſitis S. GAVDECIUS, et poſt litteras ſymbolum $ ut cenſeo (1) quo inter cætera Sigiſmundus uſus eſt, et ſæpius in ejus æreis Nummiſmatibus, et in præclaro Divi Franciſci Templo a ſe condito occurrit. Hic rei militaris gloria illuſtris arduis, et difficillimis bellis maxima cum laude ſe ſe immiſcuit, et ſupremi Imperatoris in Eccleſiæ, ac Venetorum armis munus egit. Haſce porro virtutes enormiſſima ejus vitia obſcurarunt; fuit enim luxuriis inquinatiſſimus, et multa crudelitatis, rapacitatis, atrociſſimorumque ſcelerum experimenta edidit. Qui cum aliquando in Eccleſiam arma intuliſſet, maximam ſibi calamitatem conſcivit: etenim a Pio II. diro anathemate percuſſus, ac bello petitus, e Fani dominatione, et toto Principatu, ſi Ariminum excipias, excidit; quo ſane exturbatus, ni ad Pontificis miſericordiam per Oratores reſipiſcens confugiſſet, a quo Urbis Vicariatum ſub annuo mille aureorum Cenſu de novo

(1) Nummus quamquam integerrimus ſit, mihi tamen, ut verum fatear, diſcernere recte non liquet, an Monogramma $ an alia res in margine repræſentetur. Quidquid autem ſit; ſanè typum hunc ab illo differre, quem dedi in altera diſſertatione ſub num. II. ſatis evincitur ex litterarum diſpoſitione, quæ in limbo anterioris partis exaratæ perpenduntur.

quoad viveret, ex benignitate Apoſtolica impetravit. Tres duxit uxores Sigiſmundus, quarum primam repudiavit, alteram veneno extinxit, poſtremam ſudario ſuffocavit. Iſottam Ariminenſem ex nobili Attiorum Familia loco uxoris habuit, ex qua Saluſtium ſuſtulit Principatus hæredem una cum matre deſignatum; cum antea Vannuccia *Foſchi* Fanenſis ei Robertum peperiſſet. Arimini, ut pium decet Catholicum, vivere deſiit Sigiſmundus MCCCCLXVIII. VII. Id. Octobris: ibidemque in Divi Franciſci Templo ſepulturæ datus

I



II



ARETII.

I ARiminenſibus perluſtratis nummis, Aretinos deſcribendos aggredimur. Horum primus argenteus oſtendit Sancti Donati Epiſcopi Urbis Patroni principalis imaginem, et lemma S. DONATUS. In poſteriori fronte Crucem cum litteris per gyrum DE ARITIO. Nummum ex characterum forma, et infula (1) cum tæniis in ejus orbe punctationis loco exculpta, ſub Guidone Tarlato de Petramala cuſum facio; qui anno MCCCXI. fuit Aretii Epiſcopus renuntiatus. Hic ad arma magis quàm ad Paſtoris munia peragenda comparatus, a Civibus in Urbis Dominum electus variis bellis ſe ſe implicuit; pleraque ſubegit oppida, et Tiphernum dolo occupatum ſuo adjecit imperio. Quæ ubi Joanni Summo Pontifici in Galliis degenti cognita, cum per litteras Guidoni ſub excommunicationis pœna indixiſſet, ut, temporali Aretii regimine abdicato, Tiphernum quoque dimitteret, et

(1) Guido ad Aretinam Cathedram promotus, veteri ſuæ Gentis teſſeraria icone dimiſſa, tribus Tiaris pro ſtemmate uſus eſt; quæ variis in Urbis locis, ut perhibet Joannes Rondinellus rerum Aretinarum Scriptor, ad hæc uſque tempora conſpiciuntur.

et ſurdo ceciniſſet , anathematis vinculo innodavit, et Epiſcopatus honore ſpoliavit. Quibus excandeſcens Guido , quo magis ſuum in Chriſti Vicarium odium palam faceret, ad Ludovicum Bavarum diris jam devotum , Mediolani degentem ſe contulit, et eum Kal: Junii MCCCXXVII. ferrea Corona in Æde Divi Ambroſii condecoravit. Hiſce actis, cum Aretium contenderet, ubi ad Oppidum Montis Nigri advenit, gravi morbo correptus ad delictorum cognitionem ſe ſe convertit , et multis cum lacrymis de perpetratis in Pontificem malis petita venia , Eccleſiæ refectus Sacramentis IV. Kal: Novembris interiit. Corpus Aretium perlatum maxima cum pompa in Cathedrali tumulatum.

Alter qui ſequitur æreus argento mixtus nummus ejuſdem Sancti Donati exhibet imaginem; et in poſtica Crucem cum inſcriptionibus uti in ſuperiori. Guidone funerato , Petrus agnomento *Sacconus* ejus frater a Populo in Dominum adſcitus, et a Bavaro , quadriennio nondum decurſo , Vicarii titulo in Principatu confirmatus , cum a Florentinis anno MCCCXL. gravi obſidione premeretur , ut ſe et Cives a tanto periculo eximeret, Urbem hoſti ad decennium cuſtodiendam permittit. Verùm ſexennio poſt Aretini , Florentino exturbato Præſidio , rem omnem per ſuos Magiſtratus ad annum uſque MCCCLXXX. adminiſtrarunt; quo tempore cum ſe ſuamque Urbem Caroli III. Neapolis Regis , qui cum Ludovico Andegavenſium Duce de Neapolitano Regno diſceptabat , poteſtati commiſiſſent, Urbs III. Kal: Octob. MCCCLXXXIV. ab Andegavenſi milite occupata , et Florentinis LX. millium Florenorum aureorum pretio venundata ſub eorum ſtetit imperium ad annum MDII., quo Aretini in libertatem aſſerti , ea vix deguſtata , ab Gallicis armis territi ad priſtinam fidem redierunt , in qua perſtitere , donec una cum tota Florentina ditione in Mediceæ familiæ poteſtatem devenerint.

I II



ASCULI

ASCVLI.

PEnes Aſculanum populum viguiſſe priſcis temporibus facultatem cudendi Monetas, ex Privilegio ab Ottone Imperatore Adamo (1) illius Urbis Epiſcopo anno circiter CMXCV. conceſſo, et a Conrado MXLVII. confirmato manifeſtè didicimus. Nullum porrò ea tempeſtate obſignatum nummum hucuſque inſpexi; nam quos nobis invenire licuit ad Sæcula XIV. et XV. ſpectare cer-
I tò conſtat. In horum ergo primo ex ære compacto legitur S. ENNIDIVS. tribus poſtremis litteris in medio collocatis. In ejus oppoſita parte viſitur Crux Urbis nomine circumſepta DE ESCVLO:

Qui pone primum nummus eſt repræſentat in anteriori facie
II Sancti Emygdii Epiſcopi, et Urbis Patroni imaginem elevata dextera ad benedicendum, læva pedum ſuſtinentis, cum hiſce vocibus in circuitu P. P. S. EMIDIVS. A tergo Crucem et lemma DE ESCVLO.

III Crux pariter exhibetur in antica tertii ærei argento mixti nummi, in cujus orbe hæc verba perpenduntur P.P. S. ENIDNVS; hoc eſt *Papa Sanctus Emygdius.* Poſtica præfert Arcem Urbis inſigne ſub inſcriptione DE ASCHOLO. Urbs hæc in Piceno ſita diverſis olim, prout rerum viciſſitudo, armorumque ſors tulit, ſubjecta Principibus, tandem anno MCCCCX. ad Comitem Carrariæ devenit, ſub quo bini ſequentes argentei nummi cuſi ſunt. Horum primus oſtendit Currum percelebris Carrarienſis familiæ ſtemma, et nomen Principis COmes DE CA-
IV RARIA, ultima littera in medio collocata. In adverſa ejusdem Urbis inſigne ſubſequentibus vocibus S. ENNID*ius* DE ESCVLO, quatuor poſtremis characteribus in aera ad modum Crucis diſpoſitis. Alter eundem fermè typum exhibet duabus litte-
V ris demptis, prout ex ejus icone dignoſcitur. Hic ex Franciſco Seniore Patavii Regulo natus, in primo juventutis flore cum totus ad acquirendam ex armis gloriam incumberet, et in dies ab

(1) Adam fuit Epiſcopus initiatus anno CMXCIII. Privilegium a Cæſare reportatum legitur apud Ughellium *Ital. Sacr. Tom. 1. pag.* 445.

ab insigni aliquo facinore ejus fama augeretur, apud Bonifacium IX. Summum Pontificem, et Ladislaum Neapolis Regem supremi Ducis titulo stipendia meruit ; quo in munere sæpius cum Piceni populis , et Braccio decertavit , arduasque expeditiones confecit ; quibus ex rebus fuit ab ipso Rege Aprutii Viceregis honore cohonestatus. Virtutibus itaque, ac laboribus clarus diem supremum obiit anno MCCCCXX. Ardicione , et Opizone filiis paternæ ditionis hæredibus superstitibus.

Argenteus, quem sub num. VI. damus, nummus (1) eo tempore fuit obsignatus , quo a Francisco Sfortia supremum in ea Urbe dominium gerebatur. Ostendit hic in circuli summitate erectum Leonem Cydonium pomum efferentem Sfortianæ Gentis stemma sub epigraphe *Franciscus* SFORTI. ; in medio A. in adversa parte ejusdem Sancti Emygdii nomen legitur, et Urbis insigne inspicitur. Franciscus Sfortia celeberrimus armorum Imperator Philippi Mariæ Mediolani Ducis, a quo fuerat in Generum , ac Vicecomitum familiam cooptatus , armis fultus in Marchiam ingressus anno MCCCCXXXIII. Asculum , Firmum aliasque illius Provinciæ Urbes duorum et viginti dierum spatio partim vi , partim metu sibi subdidit. Quod cum resciviſſet Eugenius tunc summus Pontifex , ut tam verendum hostem sibi conciliaret, ejusdem Provinciæ Marchionem , et Ecclesiæ Vexilliferum declaravit. Sfortia, Firmi sede constituta, Asculi Præfecturam Raynaldo Fogliano uterino fratri demandavit, qui cùm durissimo imperio Asculanos premeret , eorum lacrymis commotus Petrus Vannis de Ciuciis Castri Luci Toparcha, maximo quàm fieri tunc valuit silentio, subditorum, finitimarumque gentium collecto manipulo Urbem IV. Id. Augusti MCCCCXLV. ingressus, Præsidiariis nihil tale verentibus, præter paucos qui fuga salutem quæsivere, deletis , in Raynaldum severissimè animadvertit , et de eo supplicium sumpsit. Quod ubi ad reliquas Marchiæ Urbes delatum , sumptis armis , Sfortianæ tyrannidi finem imposuere , et ad Apostolicam Sedem rediere. VI

ASTÆ

(1) Non sum nescius eundem hunc nummum a Clarissimo Muratorio fuisse evulgatum sub num. IV.; qui si verum ejus edidisset typum hìc recudendum non curassem. In eo enim ob ejus forsan erosionem Litteram R. pro F. Anguem pro saliente Leone doctus auctor conspexit, et ad Robertum spectare retulit.

I

II



III



IV

V



VI



ASTÆ.

CUm ad Vicecomites, qui ſummo cum imperio Mediolanenſem ditionem, ac non paucas Italiæ Urbes moderabantur, Aſta deveniſſet, hanc Joannes Galeatius, Valentinæ filiæ Ludovico Aurelianorum Principi nuptui traditæ, Dotis nomine aſſignavit. Ludovico a Joanne Burgundię Duce inſidiis petito, ac immaniter cæſo, Aſtenſique adminiſtratione in Carolum natu maximum translata, monetæ hujuſce Principis nomine conſcriptæ
I cuſæ ſunt; inter quas ærea hæc ſub num. I. recenſenda, in cujus prima fronte viſitur Crux, circum quam hæc verba CAROLVS DVX. In limbo adverſæ partis AVRELIA*norum*, et in medio AST.

In area ſecundi ærei nummi duo lilia apparent inſculpta cum circumducta epigraphe LV*Dovicus* FRANCO*rum* REX. In op-
II poſita Crux et lemma ASTENSISQVE *Domi*NuS. Ex Carolo naſ-

naſcitur Ludovicus in Aſtenſi Dominatu ſucceſſor, qui VI. Kal. Junii MCCCCXCVIII. fuit in Francorum Regem inunctus.

Qui ordine tertius habetur ex argento non utique puro conflatus nummus oſtendit in area liliorum, et anguium ſtemma cum nomine ipſiusmet Regis in margine exarato hiſce notis LUDOVICVS DVX AVRELIANE*nSium*. Poſtica præfert Crucem eleganter efformatam hiſce vocibus circumſeptam ET MEDIOLANI AC AST*æ* D*omi*N*u*S. Occupata a Ludovico Mediolanenſi ditione anno MCCCCXCIX. ejus deinceps nummi Aſtæ obſignati cum titulo Mediolani Ducis conſcripti ſunt; inter quos hic recenſendus. III

I

II



III



BERGOMI.

BIni tantum ærei, et parum diſſimiles a Bergomatibus percuſſi nummi mihi ſe ſe offerunt publicandi. Exhibent hi in anteriori parte Friderici II. Imperatoris imaginem ſub lemmate IMP FRIDERICUS. In poſteriori ædificium turritum in montis faſtigio collocatum, litteris hinc inde poſitis PGAMVM. I II

I II

BONONIÆ.

DE nummis Bononiæ ſignatis acturis, ab Henrici VI Imperatoris nomine conſcriptis, a quo jure Zecchæ(1) anno MCXCI. Bononienſis populus donatus fuit, initium nobis erit; quorum quatuor tantummodo, cæteris, quos habemus, prætermiſſis, exponemus.

I Habet argenteus primus in circuli ſummitate Crucem inter duas ſtellas, hoc verbo ſubſequente BONONI. in medio A. cum punctis ſupra, ad latera, et infra diſpoſitis. In poſticæ orbe ENRICVS: in area I.P.R.T. *Imperator* litteris quatuor punctis diſtinctis, et in formam Crucis collocatis.

II Tres qui ſubſequuntur ex eodem pariter metallo conflati, pares exhibent inſcriptiones, et varià tantum characterum formà,
III aut notis pro artificis genio e Crucis lateribus inſculptis diffe-
IV runt, ut in eorundem iconibus conſpicitur.

In margine quinti ærei argento mixti nummi legitur GRE-
V GORIUS, et in area PAPA. In adverſæ ambitu Urbis nomen, cujus finalis littera A. medium occupat. Spectat nummus ad Gregorium XI., qui cum fuiſſet in Galliis ad annum MCCCLXXVI. commoratus, Sanctæ Catharinæ Senenſis hortatu, idibus Septembris Avenione recedens Apoſtolicam Sedem poſt annos ſeptuaginta Romam reduxit, et maxima cum pompa, ac fauſtis acclamationibus, anno qui inſecutus XVI. Kal. Februarii Urbem ingreſſus eſt.

VI In prima ſexti aurei (2) nummi fronte oſtenditur exiliens Leo vexil-

(1) Legitur hoc privilegium apud Argelatum *Tom. 4. De Monetis Italiæ pag.* 305

(2) Nummus hic eo tempore *Bononenus aureus* vocitabatur, et in pondere ac bonitate cum aureo Ducato Veneto vulgo *Zecchino* conveniebat.

vexillum anterioribus pedibus ſuſtinens, circum quem hæ voces BONONIA DOCET. In altera Sancti Petri ſtantis imago, ad cujus dextrum latus exigua Roſa, Monetarii forſan nota, litteris in gyrum poſitis S. PETRVS APOSTOLVS. Hunc ex characterum forma anno MCCCLXXX. procuſum autumo, quo a Bononienſi Populo, ut perhibet Sigonius, (1) aurum ſignari ceptum eſt.

Qui ſeptimo ſuccedit loco aureus eſt, et in omnibus cum antecedenti cohæreſcit, dempta tantùm Roſa ex latere Sancti, VII cujus loco notam ad inſtar U cælator inſculpſit.

Litteræ, quæ in octavi ærei nummi margine perpenduntur, hæc VIII ſonant. IO. D. BENTIVO. in area GLIS *Ioannes De Bentivoglis*. In oppoſita facie BONONIA. Nummus ſub Joanne Bentivolo hujus nominis primo a Bononienſibus in Dominum electo anno MCCCCI. cuſus eſt. Ad hunc ſub Principatus initium cum Joannis Galeatii Mediolani Ducis, et Florentinorum Legati ejus ſocietatem petituri conveniſſent, Florentiniſque ipſe adhæſiſſet: adeò Vicecomes exarſit, ut anno inſequenti Jacobum Vermium militari arte inſignem cum juſto exercitu in agrum Bononienſem immiſerit. Ad Caſalechium tertio ab urbe lapide VI Kal. Julii acriter dimicatum, nutante hinc inde fortuna; ad extremum Bentivoli Copiæ numero, et viribus impares deletæ, ac in fugam actæ. A victoribus populi ſtudio in urbem receptis renovato prælio, cum Bentivolus eorum armis fortiter obſtitiſſet, tandem a ſuis deſertus, fortunæ cedere coactus, mutata veſte in cujuſdam vetulæ domo delituit, a qua ſpe lucri proditus, in Forum tractus dilaniatur.

Eo fermè tempore, nonum, quem damus æreum pauculo argento mixtum nummum, fuiſſe cuſum cenſemus; in cujus IX prima facie legitur BONONIA. In oppoſita MATER STVDIORVM. littera I deficiente; quod integrum verbum habetur in X ſubſequenti a diverſa matrice prodito.

Anguis puerulum vorans, Vicecomitum ſtemma, et Urbis nomen in undecimi argentei nummi margine exhibentur: in cuius poſtica idem ſerpens apparet inſculptus cum hac inſcriptione MA- XI

(1) *De Epiſcopis Bononienſibus lib* 3.

TER STVDIORVM. Vicecomites Bononia potiti ad alterum tantum annum Principatum tenuere, quo in Eccleſiæ poteſtatem redacta eſt. Jis ergo imperantibus nummum cuſum cenſemus; ſub patre ne, qui tertio a capta Urbe menſe interiit, an Joanne Maria filio ejus ſucceſſore non ſatis liquet.

XII Duodecimus æreus nummus oſtendit in prima facie nomen Urbis, et binas claves in decuſſim trajectas. A tergo Sancti Petronii Urbis Epiſcopi, ac Patroni ſtantis imaginem elevata dextera ad benedicendum, ſiniſtra Urbis iconem ſuſtinentis, litte-
XIII ris in gyrum poſitis S. PETRONIVS. Quæ omnia obſervantur pariter in XIII. a diverſa tamen matrice prodito. Hoc genus
XIV monetæ Bononienſes cudere ceperunt anno MCCCCVI.

Decimus quartus æreus prefert ex una parte Sanctum Petronium, ex altera Urbis ſtemma cum inſcriptionibus ut in antecedenti.

XV In decimi quinti argentei nummi margine binæ claves decuſſatæ inter columnam coronatam, Martini V. ſtemma, et Leonem conſpiciuntur, cum hac voce BONONIA. Exhibet poſtica epigraphem MATER STVDIORVM. quatuor poſtremis litteris in medio collocatis. Cum anno MCCCCXVI. Bononienſes ab Eccleſia defeciſſent, Martinus V., qui fuerat in Conſtantienſe Concilio Pontifex renuntiatus, eos ad obſequium revocaturus, Braccium Fortebraccium Peruſinum ex oppido Montono militia clarum anno MCCCCXX. cum equitatu, peditumque magna manu ad occupandam Bononiam immiſit: quo periculo territus Antonius Bentivolus ex Joanne natus, Urbis Primas ad Pontificium Legatum in Caſtris degentem perrexit, eique Urbem ſubmittere, ſi ſibi Caſtellum Bononienſe liberè dimitteretur, et quædam deditionis pacta optima fide ſervarentur, pollicetur. Annuente Legato, Bononienſes ad Pontificem regreſſi in ejus cultum nummum cudère.

XVI. Tres ſubſequentes argenteas monetas Eugenii IV. temporibus, qui ab anno MCCCCXXXVI. uſque ad initium MCCCCXXXVIII
XVII Bononiæ conſedit, fuiſſe obſignatas, Xaverius Scilla (1) eſt auctor. Præferunt hæ easdem inſcriptiones, quarum poſtrema ab incauto

(1) Xaverius Scilla in libro cui titulus = *Breve notizia delle Monete Pontificie Antiche e Moderne &c. pag.* 21.

incauto artifice repetitis characteribus fuit exarata, uti ex ejus typo manifeſtè evincitur. XVIII

Decimus nonus æreus oſtendit Sancti Petronii protomen pectore tenus, Urbis inſigne, et lemma S. PETRONIVS. In adverſa duas claves invicem innexas, quibus ſupereminet anguis Vicecomitum ſcutum teſſerarium, cum inſcriptione DE BONONIA. Poſt Eugenii diſceſſum immoderata Præſidum avaritia læſi, exacerbatique Bononienſes, ad eos exturbandos Philippi Mariæ Mediolani Ducis opem adſcivere; qui ſub ductu Nicolai Picinini militia celebris immiſſis copiis, maxima cum ignominia ejecti ſunt. Cæterum cum Franciſcus Piciniuus, cui Pater Præſidii curam demandaverat, novis vectigalibus, tributiſque in populum ſævire cepiſſet, Cives irritati, Annibale Bentivolo auctore, et Duce, in eum anno MCCCCXLIII. inſurgunt, capiunt, et in cuſtodiam tradunt; nec multo poſt reliquæ hoſtium turmæ ad Sanctum Georgium caſtrametatæ, ceſæ fugatæque. Quibus actis, Annibali unanimi Civium conſenſu in præmium virtutis Urbis regimen concreditur. Vicecomitis ergo milite Bononiæ conſedente, nummum percuſſum autumo. XIX

Erectus Leo anterioribus pedibus vexillum ſuſtinens, cum Monetariorum prope pectus nota in aureo ſub num. XX. nummo ſculptus eſt. A tergo eminet Sanctus Petrus ſtans, ad cujus dextrum latus Pauli II. ſtemma, ad ſiniſtrum Cardinalis Dominici Capranici Bononiæ Legati gentilitium ſcutum, litteris in orbe poſitis S. PETRVS APOSTOLVS. XX

Eadem Leonis ſalientis imago cum Monetariorum ſigno inſpicitur pariter in area ſubſequentis argentei nummi (1) cum cir-

(1) Hunc nummum illo ævo quatuor Bononinorum argenteorum valorem æquaſſe, et *Bononenum Groſſum* fuiſſe vocitatum, ex Inſtrumento Locationis Zecchæ (quod Argelatus *Tom.* 4. *pag* 311. *et ſeq.* in lucem prodidit) Paulo de Lupercis, et Joanni de Federicis a Bononiæ Regimine ſub die 4. Aprilis 1464. ad quinquenium factæ cognovimus. *Bononenus Groſſus* ad lancem Venetam examinatus ſeptuaginta grana argenti cum dimidio non excedit; ex quo evincitur in Bononienſi Libra 352. grana argenti cum dimidio extitiſſe, quæ ad præſens habita ratione ad monetas Clementis XI. (ut diximus in Libro *Delle Monete di Ferrara* typis edito Ferrariæ anno 1761.) pro obolis vulgo *baiocchi* quinquaginta novem et denariis duobus expenderentur. Plura de Bononienſis Libræ valore ſcire cupiens, adeat enuntiatum Librum noſtrum *Cap.* 1. *et* 2. = in quo tamen omiſimus, Libram hanccce de anno 1339 uti ex indubiis chartis excerpſimus, unum Solidum *Venetorum Groſſorum* æquaſſe, qui, uti in antedicto Libro *pag* 60. ad unguem demonſtravimus, ſtabat cum obolis 93. den. 6. noſtræ Ferrarienſis monetæ, ſeu cum Libris novem, et ſolidis ſeptendecim hodiernis Venetis.

cumducta epigraphe BONONIA MATER STVDIORVM. In
XXI oppoſita exhibetur Sanctus Petronius ſedens, dextra Urbis typum, ſiniſtra pedum ſuſtinens; his vocibus in orbe exaratis. S. PETRONIVS DE BONONIA.

Vigeſimus ſecundus argenteus præfert in anteriori facie Urbis nomen: in poſteriori ſalientem Leonem, et verbum DOCET.
XXII Bononenus hic vocabatur, quorum viginti Bononienſis Libræ valorem æquabant: cum granis 17 ½ in pondere convenit, et eo tempore, quo Bononenus groſſus, cuſus eſt.

En Quatrenus ab iisdem Monetariis obſignatus, cujus prima frons demonſtrat Sancti Petronii ſedentis imaginem Urbis typum
XXIII ſuſtinentis. Altera præfert claves decuſſatas, Papalem mitram, et epigraphen DE BONONIA

Qui ſequitur Parvulus nuncupabatur, in cuius antica Urbis ſtemma, et nomen, in poſtica Leo ſaliens, et vox DOCET. conſpi-
XXIV ciuntur.

Aureus, quem damus ſub num. XXV., nummus exhibet in area ſalientem Leonem vexillum ſuſtinentem, ad cujus poſte-
XXV riores pedes præſtantiſſimæ Familiæ Bentivolæ gentilitia teſſera cum epigraphe in gyro BONONIA DOCET. A tergo Sanctum Petronium, et lemma ut in XXI. Hic, et duo ſubſequentes ſub Joanne II. Bentivolo cuſi ſunt; qui quaſi Dominus Urbis effectus, cum per plures annos omnia ex arbitrio adminiſtraſſet, a Julio II. anno MDVI. armis petitus Mediolanum cum familia (1) et gazis ſe ſe recepit, ibique biennio nondum exacto, ex hac vita migravit. Multa, quæ de percelebri hoc Viro dicenda forent

(1) Joanne Bononiâ diſcedente, Annibal major natu ad Levirum Alphonſum Ferrariæ Ducem cum uxore, ac filiis confugit; nec multo poſt Principatum recuperaturus ad Gallica caſtra cum Hermete fratre profectus, Regiis armis, et amica factione adjutus anno MDXI. in Urbem receptus eſt. Eius porrò conatum Eccleſiæ arma hiſpanicis conſociata irritum inſequenti anno fecere; quæ cum Bononiam ardenti furore properarent, et maximam ſibi Cives omni præſidii ſpe deſtituti calamitatem pertimeſcerent: Annibal, ut eorum et ſuæ ſaluti conſuleret, Urbe relicta Ferrariam remigravit: ibique ab Alphonſo comiter exceptus, ampliſſimiſque donatus privilegiis Bentivolæ Familiæ fundamenta jecit, ex qua præſtantiſſimi Viri Purpuris, Litteris, ac Armis conſpicui prodiere; inter quos Marchio Guido in humanis exiſtens merito recenſendus, qui inter Magnates Hiſpaniarum adſcriptus Majorum ſuorum magnificentiam non ſolum ſuſtinet, ſed ſuis egregiis dotibus adauget.

forent omiſimus, cum fuſius in prima Diſſertatione de ejus preclarè geſtis egerimus.

In vigeſimoſexto æreo argento mixto viſitur Bentivolæ Gentis icon teſſeraria, cui ſupereminent ſiglæ I.B. *Joannes Bentivolus*. In adverſa exhibetur Sancti Joannis Evangeliſtæ imago cum ejus nomine in circuitu. XXVI

En iterum Joannis Bentivoli nomen in limbo anterioris faciei nitidis characteribus exaratum; in cujus medio ejusdem ſtemma. In poſteriori Aquila expanſis alis apparet inſculpta, circum quam hæc legitur epigraphe CONCESSIO MAXIMILIANI. Joannes enim a Maximiliano Imperatore facultatem cudendi monetas reportaverat anno MCCCCXCIV. XXVII

Repræſentatur in vigeſimo octavo aureo (1) nummo Iulii II. Inſigne ſub inſcriptione IVLIVS II. PONT. MAX. In adverſa Sanctus Petrus ſtans, Urbis, et Legati ſtemmatibus hinc inde diſpoſitis. Julius, pulſo Bentivolo, maxima cum pompa Bononiam pridie nonas Novembris ingreditur, ibique cum ad ſequentem annum fuiſſet commoratus, Romam reverſus eſt. Nummus ſub Franciſco Cardinali Alidoſio percutitur, Bononienſi Præfectura cum titulo Legati condecorato anno MDVIII. XXVIII

Julii rurſus agnoſcitur ſtemma in antica ſequentis aurei nummi: in cujus poſtica apparet Sancti Petri ſtantis imago hiſce vocibus circumſepta. S. PETRVS DE BONONIA. XXIX

Aureum poſtremum nummum eleganter elaboratum in honorem Leonis X. fuiſſe ſculptum, inſcriptio, et gentilitia parma edocent. In ejus adverſa parte Sanctus Petrus ſtans inſpicitur, ad cujus latera Urbis, et Julii Cardinalis Medicei inſignia, Purpura, et Legati munere cohoneſtati anno MDXIII. XXX

I II



III

(1) Hic nummus inter conſpicuos recenſendus, neque a Scilla memoratus.

III



IV



V



VI



VII



VIII



IX



X

XI



XII



XIII



XIV



XV

XV



XVI



XVII



XVII



XIX



XX

XXI

XXII

XXIII



XXIV

XXV

XXVI

XXVII



XXVIII



XXIX

XXX



BRIXIÆ.

CUm a Friderico Œnobarbo Imperatore Brixiæ degente anno MCLXII. Brixianus Populus jus Zecchæ (1) reportaſſet ſuos nummos ejus, et Urbis nominibus inſcriptos ſignare cepit; I quorum unum hucuſque non evulgatum hìc exhibemus. Eſt ex infimo argento conflatus, et præfert in concava facie Crucem cum litteris circumſcriptis BRISIA. In convexæ area habentur exarati characteres I. P. R *Imperator*, in margine FREDERICVS. In-

(1) Capriolus *in hiſtoria Brixianæ pag.* 97.

Inter raros recenſendus eſt ſecundus æreus referens ex una parte Crucem affabrè elaboratam, et hanc vocem PANDVLFVS: ex altera Ethiopis caput Pandulphi ſymbolum cum inſcriptione D. BRIXIE. 3. ℭ. *Dominus Brixiæ et cætera*. Nec minoris raritatis ejusdem Pandulphi alter ſubſequens argenteus (1) cujus antica oſtendit gentilitiam Malateſtarum teſſeram, et litteras hinc inde P. A. Pandulphi nominis initiales, cum hac inſcriptione PANDVLF. MALATEST. D. BRIXIE 3. ℭ. In oppoſita eminent Sanctorum Fauſtini, et Jovitæ Urbis Protectorum imagines vexillum ſuſtinentium, verbis in gyrum poſitis S. FAVSTINVS. S. IOVITA. Pandulphus Malateſta Fani Regulus bellicarum rerum cupidus, in Caſtra Joannis Galeatii Mediolani Domini ſe contulit; ibique inter primarios Duces cooptatus, cum fortem pluribus in bellis navaſſet operam, et maximam ſibi nominis celebritatem comparaſſet, Brixiana Prætura inſignitur, qua in ejus ſucceſſorem abuſus eſt. Etenim fidelitatis legibus protritis, a Joanne Maria, qui extincto Patre Principatum capeſſiverat, deflexus, Brixiæ dominium, ac Bergomi ſibi temere aſcivit, tenuitque ad annum MCCCCXXI. quo cum ab Philippi Mariæ armis, qui fratri ſucceſſerat, graviſſimè peteretur, et diù poſſe reſiſtere deſperaret, ad ſuum Principatum remeavit. Pandulpho ergo regnante, bini hi nummi cuſi ſunt. II. III.

I



II

III

(1) Nummus cum eo convenit, quem dedimus in altera diſſertatione ſub num. III. præter vexillum, quod in hoc a Sanctis ſuſtinetur; et inſcriptionis characteres diverſo in loco collocatos.

CAMERINI.

PErgimus ad Camerinenſes nummos, inter quos primum locum dabimus argenteo exhibenti ex una parte Sanctum Anſo
I. vinum ad Camerinenſem Eccleſiam inauguratum anno DCCCXVI.; cui cum per quatuor et viginti annos prefuiſſet, virtutibus, ac miraculis coruſcans migravit ad Dominum. In ejus oppoſita afficta apparet Crux hiſce notis circumſepta VRBS CAMMERINA: VRBS CAMMERINA legitur pariter in prima ſe-
II. cundi ærei nummi fronte, quatuor poſtremis litteris in centro ad formam crucis collocatis. In adverſa ejuſdem Sancti Anſovini ſtantis eminet imago dextra benedicentis, læva crucem geſtantis cum lemmate ut in ſuperiori.

In omnibus convenit cum antecedenti, quem damus ſub num.
III. III. æreus nummus, præterquamquod hæ ſiglæ G. L. e lateribus Sancti inſpiciuntur nomen forſan, et cognomen Præfecti Monetarii indicantes.

Quartus æreus nummulus oſtendit in anteriori facie Sancti Anſovini caput: in poſteriori crucem, et Urbis nomen. Ut
IV. porrò aliquod de horum quatuor nummorum ætate, characterum forma parum inter ſe diſcrepantium judicium feramus, eos poſt annum MCCCCXXXV. a Camertibus cuſos ſuſpicamur; quo tempore, Varanis, qui diu Urbis Principatu potiti fuerant, per popularium ſeditionem exactis, in libertatem ſe vindicarunt; qua per decennium tutata, Rodulphus (1) et Julius Cęſar ex eadem familia nati ſuperſtites Caroli Fortebracii Peruſiæ Reguli armis adjuti avito imperio reſtituti ſunt.

Bini ſequentes argentei oſtendunt in anticis Borgianæ Familiæ inſignia verbis in gyrum poſitis: IOANNES BOR*gia* DUX
V. CANMERINI. In poſticis Sancti Venantii Urbis tutelaris imaginem ſub inſcriptione S. VENANTIVS. DE CAMERI*no*. Camerino anno MDII. a Cæſare Borgia Duce Valentino Eccle-
VI. ſiæ armis occupato, et Julio Cæſare cum tribus filiis enecato, Alexander VI tunc ſummus Pontifex dictam Civitatem eodem anno

(1) Ex Rodulpho et Camilla Eſtenſi Nicolai III filia prodiit Hercules ille, qui poſt mortem Patris cum a Julio Cæſare acerbè tractaretur Ferrariam ſe contulit; ibique Herculis tunc Ducis præſidio ſedem fixit, ſuamque Familiam, quæ adhuc viget, propagavit.

anno IV. Non. Sept. in Ducatum erexit, et Joanni Borgiæ quinque tantum annos nato Fiduciario jure conceſſit; ſub cujus imperio nummi cuſi ſunt.

In ſeptimo aureo nummo inſpicitur Ioannis Mariæ caput litteris in gyrum poſitis IO*annes* MARIA CAMERINI DVX. A tergo Principis ſtemma ſub epigraphe LEO. X. PONT. MAX. DECORAVIT. Julius Cæſar Ducis Valentini ſuſpicatus adventum, ſano uſus conſilio Joannem Mariam filium cum pretioſioribus Venetias miſit, ut, ſi res ſuæ in pejus laberentur, diſcrimini ſuperſtes eſſet. Hic poſt elatum Alexandrum Camerinum reverſus in Paternum ſolium populo annuente conſcendit, et a Leone X Ducis titulo cohoneſtatur anno MDXIII. VII.

Joanni Mariæ abſque viri prole functo anno MDXXVII. Julia unica ejus filia ſucceſſit, ſub qua quatuor ſubſequentes nummi aureus unus, argentei bini, æreus poſtremus cuſi ſunt. Hæc Guidoni Ubaldo Urbini Duci deſponſata ad annum uſque MDXXXVIII. tenuit Principatum; quo tempore Camerinum fuit a Pauli III. armis occupatum, et ad Eccleſiaſticam jurisdictionem redactum. Et hæc de inclyta Varana Familia dicta ſufficiant; cum in altera Diſſertatione copioſiùs diſſeruerim. VIII. IX. X. XI



CAS-

V



VI



VII



VIII

IX

X



XI



CASTRI

HActenus Camerinenſibus nummis operam dedimus, modò verò Caſtrenſibus navanda eſt; in quorum primo argenteo perhibetur Farneſiæ Gentis ſtemma cum circumducta inſcriptione I. P. LOYSIVS F. DVX CAST. I. *Petrus Aloyſius Farneſius Dux Caſtri primus.* Exhibet in poſtica parte Unicornem, qui cornu in flu-

in flumen conjecto ſerpentes fugat, et lemma VIRTVS SECVRITATEM PARIT. Patrem habuit Aloyſius Alexandrum Cardinalem Farneſium, qui in locum Clementis VII., ſumpto Pauli III. nomine, fuit Pontifex inauguratus anno MDXXXIV. Humanis hic ductus affectibus, cum ſuos omnibus, quibus poſſet, honoribus divitiiſque decorare ſummopere niteretur, Caſtrum cum Ducis titulo Filio edixit ; ſub cujus imperio hic, et ſubſequentes nummi ſignati ſunt.

Secundus argenteus oſtendit in antica iconem ſcutariam, et II.
inſcriptionem ut in ſuperiori. In adverſa S. Savinum Urbis Protectorem, et verba SAVIN.VRB. CASTRI. CVS. *Savinus Urbis Caſtri cuſtos*.

Tres, qui ſubſequuntur ærei nummi, in omnibus fermè ſimil- III.
limi demonſtrant in anterioribus faciebus nomen, et inſignia Prin- IV.
cipis. In poſterioribus verò ipſummet Sanctum Protectorem ſtantem in actu benedicendi, et litteras in orbe poſitas SANCTVS V.
SAVINVS

Ejuſdem Ducis nomen, et gentilitium ſcutum inſpiciuntur pariter in prima ſexti argentei nummi parte ; in cujus oppoſita Sanctum Savinum pectore tenus Caſtrenſes inſculpſere, cum no- VI.
tis in circuitu SANTVS SABINVS

In poſtremo argenteo viſitur Aloyſii facies barba obumbrata. Verba P. LOYSIVS FAR. in orbe exarata cum iis DVX CASTRI I. in area poſticæ exculptis connectenda ſunt; quæ ſonant: *Aloyſius Farneſius Dux Caſtri primus*. Paulus III. altiora pro Filii imperio meditatus Parmam, et Placentiam, Nepete, et Camerino, quod ipſe ab Urbinate, ut ſuperius diximus, armis repetierat, et in Octavium nepotem beneficiario jure tranſtule- VII.
rat, Eccleſiæ in commutationem redditis, Aloyſio aſſignavit anno MDXLV. Qui cùm gravi manu ſubditos gubernaret, atque ad libidines in utroque ſexu intenderet, Procerum odia ſibi conciliavit. Facta ergo in eum conſpiratione, IV. idus Septembris MDXLVII. in Arce Placentiæ, Auguſtino Lando auctore, confoſſus eſt : Cadaver in publicum dejectum a furente populo per vias maximis affectum probris extractum, tandem ſepulturæ datum.

CLU-

I



II



III



IV



V

VI



VII



CLUSII

ETsi Muratorio , Argelato , et reliquis monetarum Scriptoribus Cluſina monetaria officina in hanc uſque diem latuerit: attamen ex hoc pereleganti , ac præſtantiſſimo argenteo nummo, cujus typum ſubnectimus , Cluſium antiquiſſimam Etrurię urbem inter primarias duodecim recenſendam olim ſuam Zeccam
I. tenuiſſe , manifeſtè evincitur . Exhibet hic in anteriori fronte

Sancti

Sancti Episcopi imaginem elevata dextera ad benedicendum, læva pastoralem virgam sustinentis, cum epigraphe S. SILVESTER. In posteriori Crucem, et Urbis nomen ad nummi marginem exaratum DE CLVSIO. Cur porrò Sanctum Silvestrum in nummo Clusini exculpserint, cum ab iis Sanctus Secundinus uti Patronus principalis veneretur; poterit aliquis me eruditior Clusii natus maiori felicitate inquirere, ac memorare.

I



COMI

VIndicata e tenebris Clusina moneta, nunc de Comensibus aliquid differere operæ pretium est. In harum prima argentea(1) adsculptum intuemur Friderici II. Imperatoris caput corona redimitum, cum ejus nomine in circuitu. In adversa Aquilam expansis alis, inscæ verbis in gyrum positis CIVITAS CVMANA. I.

Secundus argenteus nummus ostendit in anteriori facie Sancti Episcopi sedentis protomen, litteris hinc inde positis F. R. *Franchinus Rusca*, et in margine has voces S. ABOVDIVS DE CVMIS. *Sanctus Abundius de Cumis*. Hic est Sanctus Abundius Urbis Patronus principalis, qui anno CCCCL. Comi Episcopus initiatus, cum per annos undeviginti Ecclesiam sanctissimè gubernasset meritis plenus evolavit in cœlum; cujus corpus in Ecclesia sui nominis requiescit. Posticam implet Aquila, cum circumducta inscriptione LVDOVICVS IMPERATOR. Gliscentibus inter II. Vitanos, et Ruscones præclarissimas Comi familias simultatibus, intestinisque bellis, populoque partim his, partim illis adhærente, ingentes calamitates, et damna Urbs diu perpessa est.

(1) Differt hic ab evulgato a Muratorio sub num. I. Etenim ille viginti grana in pondere non exsuperat: noster autem granis quadraginta æquipollet.

Poſt varios deinde caſus, Ruſcona prævalente factione, Franchinus in Capitaneum, et Dominum anno circiter MCCCXXII. electus eſt: ad quem cum divertiſſet Ludovicus Bavarus, et Comi aliquandiu conſediſſet, eo tempore nummum cuſum cenſendum.

In tertio æreo argento mixto nummo inſculpti apparent hi characteres totam primam frontem occupantes AZO VICECO-
III. Mes. A tergo Crux hac voce circumſepta CVMANVS. Obierat Leo de Lambertenghis Epiſcopus Novocomenſis, et in ejus locum Benedictum ab Aſinago ex Dominicana familia Joannes XXII. tunc ſummus Pontifex ſuffecerat: quo tempore Valerianus Franchini frater a Maioris Eccleſiæ Capitulo fuerat ad eandem Sedem adlectus: quod cum accepiſſet Pontifex Fratres ſacris execrationibus innodavit, Urbemque Interdicto ſuppoſuit. Interea Benedictus, cum in tuto res ſuas locare ſibi propoſuiſſet, conſcripto Vitanorum auro milite, auxiliiſque Graſſorum fretus, Comenſi agro in fidem accepto, Urbem terra lacuque circumvallavit. Hiſce rebus admodum deterritus Franchinus, cum ſe auxiliorum dejectum ſpe, viribuſque imparem cognoſceret, ne a populo ob ſuam tyrannidem exacerbato turpiter eiiceretur, Urbem Azoni Mediolani Domino, Civibus annuentibus, anno MCCCXXXV. adjudicavit: quo tempore Comenſis populus ſuos nummos Azonis nomine inſcriptos cepit obſignare.

I



II



III



COR-

CORTONÆ

INter pretioſiores Italiæ nummos jure ac merito ab Officina Cortonenſe proditi, ob paruum numerum quos Cortonenſes cusère, recenſendi ſunt. Horum unum evulgavit Muratorius, alterum tantùm nobis licuit inſpicere, et juris noſtri facere. Eſt hic argenteus, et oſtendit ex una parte Sancti Vincentii Epiſcopi, Urbis Patroni imaginem cum circumducto lemmate S. VINCENTIVS. Ex altera Crucem, et inſcriptionem DE CORTONA. Cortonam Jani temporibus conditam, atque a Crotone Herculis conſocio reędificatam, deque ſuo nomine Cortonam dictam, ingenui Scriptores prodidere. Hæc una ex antiquioribus Tuſciæ urbibus ſuam libertatem conſervavit, quouſque in Romanorum tranſiit poteſtatem, ſtetitque quamdiu illorum res efflоruere: quibus evaneſcentibus Gothorum, et Longobardorum ſuſcepit jugum; eoque excuſſo ſua libertate uſa, tribus ad tempus creatis Conſulibus, populari cepit adminiſtrari imperio. Diſſidentibus porrò inter ſe Civibus, partim Guelphæ, partim Ghibellinæ factioni adhærentibus, non paucas ſanguinis effuſiones Urbs paſſa eſt: cumque aliquando Ghibellina prævaluiſſet potentia, Aretinoſque Guelphos ad ejus retundendam audaciam averſa pars acciviſſet; hi dubia etiam luce unius Portæ proditione Cortonam ingreſſi, in plurimos nulla habita fide inſævierunt, cæteros fortunis denudatos exilio mulctarunt; quod contigit anno MCCLV. Verùm quadriennio nondum exacto Senenſium ope in patriam reſtituti, iterum ſub Conſulatu liberi, ſuique juris fuere non ultra annum MCCCXXV. quo tempore, cum Proceres nova in populares molirentur, et Raynerius de Caſali optimus civis eorum inſidias detexiſſet, hunc ſibi Principem Populus adſcivit; in cujus Familia ſtetit imperium ad annum MCCCCIX. quo Cortonenſes a Ladislao Neapolis Rege gravi obſidione preſſi, ut Urbis, agrorumque direptionem declinarent, et ſe ab Aloyſii (1) tyrannide eximerent, Regi Sacramentum dixere; I

(1) Aloyſius aura dominandi elatus, cum Franciſcum patruum, qui per ſeptem annos Cortonenſes res gubernaverat, per proditionem enecaſſet, Urbis cepit Principatum: at biennio poſt a Ladislao interceptus, et Neapolim miſſus, diu in carceribus detentus tanti facinoris pœnam luit.

qui, pace cum Florentinis ſequenti anno conciliata, eis ſexaginta aureorum Florenorum millium pretio Urbem ceſſit, quorum poteſtati ſubdita fuit, donec et ipſi, ammiſſa libertate, ſub Familia Medicea eſſe cepere.

I



CREMONÆ.

PRimum hìc exhibitum argenteum aliquantulum detritum nummum, cum octo et viginti granis in pondere convenientem, ex characterum forma ad Fridericum Œnobarbum ſpectare autumo, a quo jure Monetæ anno MCLV. Cremonenſes donati ſunt. Hujuſce Imperatoris nomen in primæ frontis margine exaratum cernimus, et in area I. P. R. ideſt *Imperator*. In adverſa apparet Crux cum inſcriptione CREMONA.

I.

Totam ſecundi argentei ſummæ raritatis nummi anteriorem partem occupant hi characteres CABRINVS FONDVLVS; quatuor poſtremis litteris in medio collocatis: in limbi ſummitate inſculptus habetur Leo ſaliens anterioribus pedibus acinacem ſuſtinens Fonduliorum teſſerarium ſcutum; eademque Leonis imago inſpicitur pariter in oppoſitæ margine, ſubſequente voce CREMONA.

II.

Sequitur alter ejuſdem præſtantiæ nummus ipſiuſmet Tyranni nomine conſcriptus; in cujus adverſa hoc advertendum, litteram C. in ejus area excalptam, cum illis in circulo exaratis eſſe conectendam, et ſic legendam epigraphem DOMINVS CREMONE. Cabrinus Fondulus ad Dominatum aſpirans, Carolo Cavalcabove Cremonæ Tyranno Mediolano redeunte, in oppido Macaſturnæ ad convivium excepto, enecatoque, Urbem ſui juris fecit anno MCCCCVI. Hic in Principatu confirmatus Generale

III.

rale Studium Cremonæ erigendi MCCCCXIII. a Sigiſmundo Imperatore Privilegium reportavit, quem una cum Joanne XXIII Pontifice (1) ſubſequenti anno ſumma cum magnificentia excepit. Verùm cum Philippus Maria ad exturbandos tyrannos, qui Mediolanenſem Ditionem invaſerant, enixè ſe ſe dediſſet, et in Fondulum valida arma ſub Carmaniolæ ductu impuliſſet: is quadrimeſtri obſidione tolerata, tandem omni auxilii dejectus ſpe Urbem dedidit anno MCCCCXX (2), et ad Caſtrum Leonis, quod accolæ *Caſtelleone* vocant, ſe contulit; ibique cum ad annum MCCCCXXIV. imperaſſet, a Philippo Maria Mediolani Duce, ut ſe ab ejus inſidiis, quod ipſe dictitabat, eximeret, proditoriè menſe Maii interceptus, et Mediolanum ductus, anno qui inſecutus pridie idus Februarii capite plexus eſt. Fertur Cabrinum morti proximum exclamaſſe, unum ſuum extare pœnitendum factum, quod Pontificem, et Cæſarem e celeberrima Turri, in cujus apicem ſolatii cauſa conſcenderant, minime præcipitaſſet; quo tanto facinore ſanè immortalem ſibi gloriam peperiſſet.

I



II



III



DECIA-

(1) Ad hanc Urbem convenere acturi de Concilio Œcumenico Conſtantiæ convocando, ad reformandam Eccleſiam a tribus incertis Pontificibus eo tempore turbatam, et bellum in Ladislaum Neapolis Regem, cenſuris jam devinctum excitandum, qui, Roma occupata, toti Eccleſiæ ditioni inhiabat.

(2) Urbis deditionem anno MCCCCXXII. contigiſſe in altera Diſſeratione ſcripſi; quod emendandum.

DECIANÆ

DEciana vulgo *Deſana* agri Vercellenſis Oppidum ſub Ticionum familia eſſe cepit anno MCCCCXI. Horum primus Ludovicus fuit Theodori Montisferrati Marchionis Cancellarius, qui pro ſe et ſuis poſteris Loci dominium cum omnimoda Jurisdictione ab ipſo Marchione, et Vercellenſi Populo reportavit; ea tamen conditione, ut Oppidum propter bellorum diſcrimina jam dirutum reædificaretur. Ædificiis ergo auctum, ac in ſplendidam formam redactum jure Zecchæ donatur; uti ex hiſce, quos hic
I damus, nummis evincitur; in quorum primo argenteo exhibetur Ticianæ Gentis teſſeraria icon, cui ſupereminet Aquila pectore tenus, hiſce vocibus in gyrum poſitis LVD. TICIO DECI. CO. VI. IM. *Ludovicus Ticio Decianæ Comes Vicarius Imperialis.* In oppoſita Sancti Alexandri equitantis effigies cum lemmate SANCTVS ALEXANDER

Aquila expanſis alis viſitur in ſecundo ex infimo argento con-
II flato nummo totam ejus aream occupans, ſub circumducta epigraphe JO. BART. TICIO DECI. CO. VI. IM. *Joannes Bartholomæus Ticio Decianæ Comes Vicarius Imperialis.* Oſtendit poſtica ejusdem Sancti Alexandri ſtantis imaginem, ſiniſtra gladio innixi, vexillum dextra ſuſtinentis, et verba uti in ſuperiori.

Bini, qui ſequuntur, ærei nummi ab eadem monetaria offi-
III cina prodiere. Demonſtrat primus in area bicipitem Aquilam, inferiùs Oppidi, ut cenſeo, inſignia; in limbo hæc verba MON.
IV NOV. COM. DEC. quæ ſic interpetror *Moneta nova Communitatis Decianæ:* a tergo Sancti Leonardi Epiſcopi effigiem, cum ejus nomine in margine exarato: quæ omnia inſpiciuntur pariter in poſtremo, dempta anticæ inſcriptione, quæ ſic legitur MONETA DECIANæ.

I II

EUGU-

III



IV



EUGUBII

DEcianæ perluſtratis nummis, nunc tempus Eugubinos commemorare ; ſed antequam eos deſcribendos aggrediar , non abs re erit aliquid de hujuſce Urbis initiis differere. Eugubium, claram Umbrorum urbem, ad Romanorum uſque tempora ſua libertate uſum autumo , cum quibus inito fœdere Romana Civitate donatum eſt. Verùm, occupata a Gothis, dein a Longobardis Italia , illorum ad reliquarum Civitatum exemplum jugum ſuſtulit ; quibus pulſis Romanorum Pontificum haberi cepit imperio , quod octavo ſæculo evenit. Paruere dein Eugubini Imperatoribus , paruere Tyrannis , quorum unus Joannes Gabriellius , qui patriam invaſit anno MCCCL. tenuitque ad MCCCLIV. quo ab Egidio Cardinali Carilla Apoſtolicæ Sedis Legato deturbatus eſt. Eum ſecutus eſt Gabriel ex eadem familia Eugubii Epiſcopus, qui Galeotti de Malateſtis Arimini Dynaſtæ armis fretus Urbem ſubegit , eamque in Vicariatum a Pontifice reportavit ; maxima herclè Civium injuria , quorum motus cum ſe retundere poſſe diffideret , pacto quinque millium Florenorum aureorum pretio , nec non Cantiano, ac Serra Sancti Abundii ſibi retentis , Urbe dimiſſa, Cantianum ſe contulit, ibique non multo poſt fatis conceſſit. Quo tempore cum pactam pecuniam Franciſco Gabrielis fratri Eugubini perſolvere renuiſſent ad arma ventum eſt ; cumque ſe viribus impares agnoſcerent, Antonio Feltrio Urbinatium Comite in auxilium accito , ſe ſe ſuamque Urbem dedidere, quam poſtea Fiduciario jure a Bonifacio IX. obtinuit. In humanis eſſe deſiit Antonius anno MCCCIV. eique Guidantonius filius ſucceſſit ; ſub cujus imperio æreus , quem damus ſub num. I, cuſus eſt. Exhibet hic in anticæ I.

ticæ area Urbini insignia, et in limbo parvam Aquilam, et lemma GVIDANTONIVS. In adversa Sancti Episcopi protomen, cum litteris hinc inde dispositis S.V. quæ commodè *Sanctus Ubaldus* urbis Protector interpretari possunt; cum hujus sancti nomen in omnibus fermè Eugubinis Monetis occurrat; in ambitu Urbis nomen EVGVBIVM. Fuit Guidantonius in bellicis rebus summoperè edoctus, ac cuivis illius ævi Ducibus conferendus. A Martino V. sanctæ Romanæ Ecclesiæ Capitanei munere, ac Confalonerii dignitate insignitus, adeo se preclarè gessit, ut Oppidum Durantem in Vicariatum meruerit reportare. Hic cum diu prole caruisset, et a Ringarda uxore Galeotti Malatestæ filia omnem suscipiendæ spem abjecisset, Fridericum VII. idus Junii MCCCCXXIV. præstanti judicio sibi ex pellice comparavit. Verùm emortua uxore, et novis cum Catharina Martini V. nepte MCCCCXXIV. nuptiis celebratis, cum ex ea Oddonem sustulisset, testamento dispositi, ut, si absque Filiis Oddo decessisset, Fridericus legitimi jam jure filii donatus in Principatu succederet. Maximis ergo Guidantonius et perpetua gloria dignis peractis, tandem gravi morbo pressus vivere desiit die XX. Februarii MCCCCXLIII.

Post elatum Guidantonium, totius Principatus summa ad Oddonem filium devenit; qui propagandæ sobolis cupidus insequenti anno Ferrariam progressus Isottam ex Nicolao Estensi natam sibi desponsavit, quo tempore Leonellus Sponsæ Frater pro Sede Apostolica Vicarius solemnes nuptias cum Maria Alphonsi utriusque Siciliæ Regis filia celebravit. Urbinum cum uxore Oddo reversus, libidinis illecebris turpiter captus, sub subditorum ferro X. Kal. Augusti, cum nondum tres menses in matrimonio egisset, extinguitur. Hunc, sicuti Guidantonius testamento caverat, Fridericus excepit, eoque imperante argenteus secundus
II nummus signatus est, in cujus anteriori facie legitur ejusdem Principis nomen cælatoris incuria haud rectè expressum, litteris enim E., et R. prętermissis FEDIICVS, pro FEDERICVS exaravit: et Urbis nomen inversis pariter characteribus in posteriori insculpsit.

Ad

Ad eumdem Fridericum ſpectat tertius æreus nummus (1) in cujus antica repræſentatur ejus Gentilitium ſcutum lemmate circumſeptum FEDERICVS COmes. In poſtica conſpiciuntur Urbis inſignia, et vox EVGVBIVM. Fridericus bellicis rebus addictus, cum maximam ob præclara facinora apud Italos Principes ſibi gloriam comparaſſet, et a Pio II. Eccleſiaſtici exercitus Imperator fuiſſet conſtitutus, Sigiſmundum Malateſtam Arimini Regulum, qui callida arte Senogalliam occupaverat, in fugam egit, et Fanum Fortunæ, aliaque Ariminenſis agri oppida Eccleſiæ ſubegit imperio. Cæterum non multo poſt Ferdinandi Neapolis Regis caſtris adhærens, eo bello, quo Neapolio Urſinus, et Alexander Sfortia Pontificiarum Copiarum Ductores Robertum Malateſtam ex Sigiſmundo natum Arimino deturbare nitebantur, vehementer inclaurit; actis enim maxima cum clade in turpem fugam Pontificiis, Robertum in Principatu confirmavit. Ad obſequium dein Eccleſiæ cùm eſſet reverſus, Paulus II. in repetenda poſt mortem Malateſtæ Novelli Cęſena, et Xiſtus IV., a quo fuit Urbini Dux pronuntiatus, et aurea Roſa donatus, in expellendo Nicolaum Vitellium, qui Typhernum occupaverat, ejus opera uſi ſunt. Nec in bellorum ſtudiis, ab urbanis rebus, atque iis quæ bonum Principem decent, unquam ſe ſe abalienavit. Palatium Urbini opus ſanè memorabile a me viſum anno MDCCLXIV. Arces, aliaque præclara ædificia a fundamentis erexit. Maximam Latinorum, Græcorum, Hebræorumque librorum ſupellectilem ex omni parte ingenti impenſa collegit; quos poſtea Alexander VII. Romam translatos in Bibliotheca Vaticana collocavit. Anno demum MCCCCLXXXII. gravi Venetos inter, et Herculem Ferrariæ Ducem gliſcente bello, Fridericus ſupremus armorum Dux conſtitutus, cùm ad Stellatam conſederet, ne Veneti, qui ſub ductu Roberti Sanſeverinatis totis viribus Ficaroli Arcem oppugnabant, ſuas ultra Padum Copias traiicerent, gravi morbo correptus IV. Idus Septembris inter mortales eſſe deſiit. Corpus Urbinum delatum, in Eccleſia Sancti Bernardini III.

(1) Habetur noſtro quodammodo ſimilis evulgatus a Muratorio ſub num. II. quem ſi genuina forma ediditſet omiſiſſemus. In Muratoriano enim typo parvæ Aquilæ in Principis ſtemmate deſiderantur, et pro parvis montibus, qui ſunt Eugubinæ Urbis inſignia, florem eruditus auctor expreſſit.

extra muros ſepulturæ datur (1). Quinque poſt ſe reliquit filios ex Baptiſta (2) ſecunda ejus uxore procreatos, Guidubaldum ſcilicet, Conſtantiam, Agneſinam, Elizabetham, et Joannam; quæ Salernitano Principi, Fabritio Columnæ, Roberto Malateſtæ, et Joanni Roboreo nupſere.

Poſt Friderici exceſſum Guido Ubaldus ejus filius Principatum
IV. capeſſivit, quem cum ad annum MDVIII. adminiſtraſſet, nulla relicta prole, ad plures abiit. Eo ergo imperante bini ſequentes
V. ærei, uti edocent inſcriptiones, cuſi ſunt. Horum averſæ partes Sanctum Ubaldum Eugubii Patronum exhibent, et Urbis nomen.

Reliqui, qui ſuperſunt ærei nummi parum inter ſe diſcrepan-
VI. tes, Franciſci Roborei nomine, ad quem totius imperii ſumma,
VII. curante approbanteque Julio II. Patruo devenit, inſcripti ſunt. Horum primus perhibet in antica Crucem, alter Urbini ſtemma;

---

(1) Hujuſce Principis geſta clara ſunt apud Hiſtoricos, et præcipue penes Hieronymum Mutium, qui de ejus vita Commentarium italico ſermone exaratum intexuit, Venetiis typis editum Anno MDCV.

(2) Naſcitur Baptiſta anno MCCCCXLVI. ex Alexandro Sfortia Piſauri Regulo, et Conſtantia erudita Muliere Petri Gentilis Varani ex Principibus Camerini filia, quæ MCCCCXLVII. III. Id. Julii hora decima e medio exceſſit; et ſequenti anno Alexander novas nuptias cum Sueva ex Gente Feltria celebravit. Baptiſta ſublimi ingenio prædita cùm ad ediſcendas litteras ſe ſe dediſſet, adeò brevi profecit, ut quinque annos nata Mediolani in Patrui Franciſci Ducis conſpectu Orationem latinam, plaudente auditorum cætu, recitaverit; quod munus Piſaurum reverſa advenientibus Principibus ſæpius, et aliquando imparata ſumma cum laude obivit. Nec ſui ſexus inſcia operi Phrygio nobilibuſque, quæ Matronam decent, artibus, præſtantiſſimis ad ſe fœminis accerſitis, totam ſe mancipavit. At cùm undecimum attigiſſet annum, et ejus virtutis fama, præſtantis formæ, et ſummæ honeſtatis ornamentis conſociatæ, ad Italorum Principum aures perveniſſet, ex iis non pauci in uxorem concupiere; inter quos cum magis Fridericus tot tantiſque factis glorioſus emineret, hunc ſibi Baptiſta tredecim tantum annos agens matrimonio copulavit. In conjugis domo confirmata pari alacritate latinis litteris, domeſticis rebus, et religioni ſtuduit, ſuaviſſimaque indole, ac incomparabili humanitate ſubditorum amorem, et reverentiam ſibi comparavit; quibus etiam ſumma æquitate ac mira ſagacitate, prudentiaque in Friderici abſentia præfuit. Romam a marito accita, ea, qua par erat, magnificentia fuit excepta, ejuſque latinam facundiam ſingulareſque dotes admiratus Pius II. tunc Pontifex ſummis honoribus cumulatam dimiſit. Crevere dein in ea cum incremento ætatis virtutes, ac magis divini cultus ſtudium emicuit. Subditis et Domeſticis benè moratæ vitæ incorruptique animi ſe ſemper præbuit: honeſtis modeſtiſque veſtibus utebatur, familiareſque opes in alendis pauperibus, ornandiſque templis effundebat. Matura tandem virtutibus non annis (nondum enim ſeptimum et vigeſimum compleverat) Eugubii non ſine ſubditorum, quibus ſemper profuit, et mariti lacrymis deceſſit. Corpus Urbinum delatum et exequiæ, impenſis fermè regiis celebratæ, a complurimis Italorum Principum Legatis condecorantur: luculentiſſima ab Epiſcopo Campano Oratione habita; in qua non Baptiſtæ tantum, ſed et Friderici laudes egregia plane facundia intexuit.

ma ; qui ſub num. VIII. et IX. Eugubii inſigne ; poſtremus Roboreæ familiæ iconem teſſerariam : in eorum vero poſticis Sancti Ubaldi imaginem. De præclaris hujuſce Principis geſtis non pauca dicemus , ubi de Piſaurenſibus , ac Urbinatibus nummis agemus. VIII. IX X

I



II



III

IV



V



VI

VII



VIII



IX



X



FABRIANI.

FAbrianum percelebre Piceni Oppidum diu ſub Clavellorum dominatu ſtetiſſe ex hiſtoriis deprompſimus. Horum poſtremus Baptiſta fuit ex Thoma natus, qui cum in ſubditos ſæviret, et plura iniqua perpetraret, a populo conſpirante cum tota familia uno eodemque tempore anno MCCCCXXXIV. trucidatus eſt. Jugo excuſſo, cum in libertatem Fabrianenſes ſe ſe tueri poſſe diffiderent, Franciſcum Sfortiam ſibi Principem adſcivere; in cuius fide, quouſque ab Eugenii IV. armis e tota Marchia fuit deturbatus, ſtetere; quo tempore in Eccleſiæ clientelam, ſalva tamen libertate, ſe ſe dedidere. Cæterum elabentibus annis, coortis inter Plebem, et Proceres diſſidiis ſimultatibuſque, cum de imperio decertare cepiſſent, et aliquando Populares prævaluiſſent, Primates aut trucidati, aut exilio mulctati ſunt. Quod ubi Leoni X. nuntiatum, eam nactus occaſionem, arma in Fabrianenſes immiſit; qui viribus diffiſi ſuis in Pontificis fi-
I. dem jurarunt, eoque tempore æreus hic nummus cuſus eſt: Repræſentat enim in prima facie ipſiuſmet Pontificis ſtemma lemmate circumſeptum FABRIAN*um*. In oppoſita Sancti Petri Apoſtoli ſtantis imaginem ſub inſcriptione SANTVS PETRVS

I



FANI FORTVNÆ.

IN æreo primo ſummæ raritatis (1) nummo effictam cernimus
I. Roſam, litteris in gyrum poſitis *Dominus* PANDVLFVS. In poſticæ

(1) Quo ad nummi raritatem novimus, nullum hujuſce Zecchæ Muratorium evulgaſſe.

ſticæ vero margine deſcripti leguntur hi characteres DOMINVS, et in area FANI, litteris in formam Crucis diſpoſitis. Pandulphus Malateſta ex Galeotto natus ad Fani Principatum, uti Pater diſpoſuerat, aſſumptus, cum gravi ad nanciſcendam ex bello gloriam voto aſpiraret, urbanarum rerum cura Carolo fratri demandata, Joannis Galeatii Mediolani Domini ſtipendia fecit; penes quem cum diutius eſſet commoratus, et maximam in difficillimis bellis ſibi gloriam comparaſſet, eo emortuo Brixiæ et Bergomi dominium exercuit, a quo pulſus et Fanum reverſus ſupremi Imperatoris munere in Eccleſiaſtico exercitu a Martino V. cohoneſtatus eſt. Stetit in Principatu ad annum uſque MCCCCXXVIII. quo lenta febre correptus, Fani V. Non. Octobris nulla legitima prole ex quatuor uxoribus relicta, hominem exuit; et ſumma funeris celebritate in Divi Franciſci æde inhumatur.

Alius præter hunc, et non obvius ex eodem metallo compactus nummus (1) ſe ſe offert; in cujus prima facie Innocentii VIII. ſummi Pontificis ſtemma obiicitur, verbis in gyrum poſitis P. P. INO. VIII. In adverſa Epiſcopi ſtantis imago, quam Sancti Paterniani Urbis Patroni eſſe reor ſub epigraphe CIVITAS FANI. Pandulpho morte abſumpto, Carolus ejus frater Fanenſem cepit Principatum, et huic abſque liberis functo, hæreditatis jure, et portionis ſibi debitæ Sigiſmundus Nepos ſexdecim nondum natus annos ſucceſſit. Is inter prima Dominatus initia maximum egregii militis, ac optimi Ducis ſpecimen dedit: etenim cum Ioannem Vitelleſcum Maceratæ Epiſcopum ad oppugnandum Fanum cum Pontificiis cohortibus adventare didiciſſet, nihil cunctandum ratus, repentinis coactis Turmis hoſtes ex improviſo adortus, etſi viribus impar ingenti clade percuſſit, ipſumque Vitelleſcum ad fœdam fugam, et in Marchiam cum reliquiis fuſi exercitus ſe ſe recipere coegit: qua illuſtri Victoria, et Venetorum votis commotus Eugenius Pontifex, ei, et cunctis de Malateſtis pacem dedit. Verùm elabentibus annis, cum a fide Pontificum Sigiſmundus declinaſſet, et annuum Cenſum perſolvere renuiſſet, Pius II. tunc Pontifex anno MCCCCLXIII. ad occupandum

(1) Latuit Xaverio Scillæ hic nummus. De pluribus autem a Paulo III. ad Clementem VIII. ſub quo Zecca deſiit Fani obſignatis Auctor commemoravit.

pandum Fanum Fridericum Urbini Comitem cum Eccleſiaſticis Copiis immiſit. Obſidione Urbs circumſepta, ac tormentorum vi defatigata ad VII. . Kal. Octobris Malateſtæ adhæſit, quo tempore Cives diuturnis laboribus fracti, ac commeatus penuria preſſi, honeſtiſſimis initis conditionibus, Pontifici ſe dedidere; cui, et Succeſſoribus optimam fidem ad ævum hoc noſtrum præſtitere. Innocentio ergo VIII. ſedente denarius percutitur.

I II

FAVENTIÆ.

I. RAriſſimum hìc habes, et elegantiſſimum Faventiæ percuſſum argenteum nummum (1) in cujus prima fronte, effictam cernimus Aſtorgii miræ pulchritudinis juvenis caput crinibus ad humeros uſque luxuriantibus, cum hiſce vocibus in circuitu ASTORGIVS. III. MAN. PRIN. FAVEN- *Aſtorgius Tertius Manfredus Princeps Faventiæ.* A tergo Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti denudatam imaginem, et lemma TIBI TANTVM SVFFRAGATOR. Cæſar Borgia Dux Valentinus, qui ea tempeſtate toti Æmiliæ terrori eſſe ceperat, paternis armis fultus, cum non paucas ad Romanæ Eccleſiæ jurisdictionem ſpectantes Urbes invadere, et ſibi conſtituere Principatum decreviſſet, Foro Cornelii, et Foro Livii ſui jam juris factis, in Aſtorgium Faventiæ Regulum arma movit; miſſoque ad urbem petendam Tibici-

(1) Hujus Monetæ meminit Cæſar Tondutius in Faventina hiſtoria italico ſermone conſcripta pag. 48., cujus verba latinè reddita hæc ſunt. *Inter hæc primas obtinet Mons Pietatis ad pauperum indigentias adjuvandas; cui ſatis pro Miniſtrorum ſtipendiis proviſo, atque a re depoſita cauto, ne minimum quidem fœnus ab iis haud fas eſt reportare. Hic ex primis unus ad Beati Bernardini e Feltrio petitionem Aſtorgio ultimo ex Manfredorum familia imperante erectus fuit anno MCCCCXCI.; in cujus facti memoriam argentea moneta, cujus valor duos circiter Iulios annuabat, effigiem ex una parte Aſtorgii Principis, ex altera Chriſtianæ Pietatis ſymbolum referens Faventiæ fuit obſignata.*

Tibicine, cum is inauditus rediiſſet, ad eam circumvallandam ſe convertit. Ad tres menſes obſidio continuata; quo tempore Faventini fide erga Manfredum fuere ſingulari: aggreſſores egregiè et magna cum laude non ſemel rejecti, eorumque conatus repreſſi. At cum Borgianæ Copiæ in dies augerentur, et Cives in maximo, ob rerum inopiam, et paſſa vulnera, diſcrimine verſarentur, his conditionibus deditio icta: ut ſalvis omnium vitis, ac fortunis, Aſtorgius, quò vellet, ſecedere, ſuorumque prædiorum fructibus uti poſſet. Quibus deinde cum contra omne jus datamque fidem nequaquam Borgia ſtetiſſet; Manfredus nimis fidens Romam adductus, non multo poſt indignum ac nefarium vitæ finem obivit.

I



FERRARIÆ.

PUblicandarum Ferrarienſium Monetarum provinciam jam ſumſimus, ac Librum cum earundem iconibus typis dedimus anno MDCCLXI. Verùm cum quatuordecim nobis antea inviſæ, ad noſtras manus obvenerint; ut rei nummariæ amatoribus pro virili parte conſulamus, haſce minime, etſi majori ex parte recentiores, prætereundas fore rati, ne quid ad illuſtrandam Ferrarienſem Zeccam deſideretur. Ac primum quidem de præſtantiſſima argentea moneta, quæ ea tempeſtate *Marcheſini* (1) nomen- I.

(1) Primum id genus Monetæ ſub Nicolao II. Alberti fratre fuit fabricatum anno MCCCLXXXI., ut ſatis diſſerui in Libro typis dato anno MDCCLIV. cui titulus *Dell' antica Lira Ferrareſe di Marcheſini detta volgarmente Marcheſana*. Nummus hic figura, pondere, argentique probitate cum illo Nicolai conveniens ad lancem venetam examinatus grana tria, et viginti non exſuperat, ex quo fit, ut cum in Libra eſſent viginti *Marcheſini*, in ea quadringenta et ſexaginta argenti grana numerarentur, quorum valor ad quinque et octoginta noſtros hodiernos Obolos duobus denariis minus aſcenderet. Verum collabentibus annis Libra hæc *Marcheſinorum*, de qua paſſim in chartis noſtris mentio occurrit, adeo paulatim a prima exiſtimatione declinavit; ut anno MDCLIX. quo decreto Principis fuit antiquata, cum decem, et octo tantum Obolis et duobus denariis commutaretur, et ad hæc uſque tempora commutatur.

clatura donabatur, verba faciam; cujus prima frons exhibet in marginis ſummitate parvæ Aquilæ imaginem expanſis alis, antiquum Ateſtinæ Familiæ gentilitium ſcutum, ſubſequente epigraphe ALBERT. MAR. in area CHIO. *Albertus Marchio*. Altera ex parte noſtræ Urbis ſtemma, et inſcriptionem DE FERARIA. littera poſtrema in interiore circulo collocata. Fuit Albertus ex Opizone Eſtenſi natus, et Nicolai fratris, cruris vitio *il Zoppo* nuncupati, in Ferrarienſi Vicariatu ſucceſſor anno MCCCCLXXXVIII. Hic, cum Bonifacius IX. extraordinarium indixiſſet Jubilæum anno MCCCXCI., quadringentis equeſtris ordinis viris peregrinantium more indutis conſociatus Romam petens, pro erectione noſtri Almi Studii Privilegium, et Bullam ad Emphyteutica Eccleſiæ Bona ſpectantem a Pontifice impetravit. Ferrariam reverſus cum ad annum MCCCCXCIII. tenuiſſet Dominatum, pridie Kal. Auguſti, unico relicto filio Nicolao, quem ex amaſia ſuſtulerat, deceſſit, atque in Divi Franciſci æde egregia cum pompa tumulatus: cui Ferrarienſis Populus marmoream illam Statuam Romipetarum veſte indutam, quæ in noſtræ Majoris Eccleſiæ facie inſpicitur, conſecravit.

In antica ſubſequentis ærei pauculo argento immixti nummi
II. (1) legitur NICHOL*aus* (2) MARCHIO. quatuor poſtremis litteris in medio collocatis. In poſtica Urbis nomen DE FERARIA.

In prima tertii argentei ſummæ raritatis nummi (3) fronte inſculptæ

(1) Nummus hic cum illo ſanè cohæreſcit, quem expoſuimus in Libro, ubi egimus de Monetis Ferrarienſibus *pag.* 110 niſi quod in illo Urbis nomen integre in circulo exaratum cernitur; in hoc verò ultima illius vocis littera nempe A deſideratur, quæ fuit ab inciſore in area collocata.

(2) Cum bini in Eſtenſi Familia hoc nomine occurrant, ſub quibus monetæ cuſę ſunt; iccirco inquirendum, cui Nicolao ſit nummulus adſcribendus, Alberti ne fratri, qui vivere deſiit anno MCCCLXXXVIII. an ex Alberto nato, qui poſt mortem patris iniit Principatum. Nos vero huic convenire ex urbis noſtræ Annalibus deduximus; ex hiſce enim excerpſimus varia pecuniarum genera anno MCCCCX. e zecca prodiiſſe, inter quæ nummulum vulgò *Denarino*, cujus nomenclatura attentis ejus bonitate et pondere, uti innuimus in præcitato Libro *pag.* 109. huic noſtro adamuſſim correſpondet. Hęc autem ſunt verba in latinum verſa. *Cudi etiam fecit Denarinos quorum duo pro uno quatreno expendobantur, et Bagatenos quorum quatuor ipſius quatreni valorem æquabant.*

(3) Moneta hæc a Ferrarienſibus *Groſſetto* vocitata, uti ejus inſcriptio nos edocet, anno Pricipatus primo, vel ſecundo nondum expleto, et ante diem feſtum Aſcenſionis MCCCCLII., quo Borſium Mutinæ et Regii Ducem Sigiſmundus Imperator declaravit, fuit obſignata.

ſculptæ appatent duæ imagines ſtantes, Sancti Maurelii ſcilicet, et Borſii, litteris in gyrum poſitis S. M. E. FE. BOR. MARCH. III. *Sanctus Maurelius Epiſcopus Ferrariæ Borſius Marchio*. In adverſa eminet Salvatoris protome pectore tenus dextera benedicentis, ſiniſtra crucem ſuſtinentis: circumſtant verba XPS REX VENIT IN PACE. Emortuo Nicolao Leonellus filius ſucceſſit, et huic Borſius frater concordibus omnium ſuffragiis invitus ſufficitur; qui cum Urbem noſtram amplificaſſet, ornaviſſetque, et ad annum uſque MCCCCLXXI., quo a Paulo II. fuit Ferrariæ Dux inauguratus, populos ſumma cum laude gubernaſſet, XIII. Kal. Septembris ad plures abiit, et apud Cartuſianos, quorum Cœnobium extruxerat, et ad ſplendidam eorum alimoniam prædia deſignaverat, humatur.

In quarto argenteo exhibetur Alphonſi Ferrariæ Ducis III. caput, cum ejus nomine in margine exarato. Præfert poſtica IV. Regis genuflexi imaginem ſub epigraphe INVOCASTI ME LIBe*ravi* TE: in exergo EZECHIAS.

Quintus æreus nummus(1) a Scilla prætermiſſus repreſentat in prima fronte Urbis noſtræ ſtemma ad cujus latera hæ ſiglæ A.T.B. V. Antonii, et Thomæ Fratrum de Bellagrandis monetariorum nomina indicantes. Inſcriptio, quæ in margine legitur, hæc habet CIVITAS FERRARIÆ 1623. In poſteriori binas claves invicem innexas, et haſtæ umbellæ Pontificiæ, quam Confalonem vocamus, alligatas: inferius ſymbolicum Cardinalis Jacobi Serræ(2) ſcutum, verbis in gyrum poſitis IACOBVS SERRA LEG*atus* SEDE V*acante*. Vacabat Sedes per mortem Gregorii XV. in cujus locum Vrbanus VIII. eodem anno fuit ſuffectus.

Sextus argenteus nummus, quinque obolis in pretio correſpondens, in omnibus convenit cum antecedenti, ſi demas ſiglas e lateribus ſtemmatis inſculptas. VI.

(1) Nummus hic ſemiobolus vulgo *mezzo bajocco* appellabatur, quorum viginti Julii pretium conſtituebant. Ex hoc lumen Xaverio Scillæ, qui *pag.* 318. ſemiobolum vacante Sede Apoſtolica Ferrariæ primùm fuiſſe cuſum anno MDCLXXVI. ſcriptitavit.

(2) Ex hac inclyta Familia poſt longam Illuſtrium Virorum ſeriem prodiit Nicolaus, qui ob ejus in Eccleſiam merita in Purpuratorum Collegium a Clemente XIII. VI Kal Octobris MDCCLXVI. adſcitus, et ſequenti anno noſtræ Urbis Legatus renuntiatus, ad hanc III. Kal. Junii hora vigeſima cum dimidio acceſſit.

In ſeptimo æreo (1) oſtenditur Alexandri VII. icon gentilitia: ad-
VII dita in limbo epigraphe ALEXANDER VII. PON. MAX. Totam adverſæ aream occupant hi characteres FERRARIÆ 1654.

Sequitur alter argenteus, cujus non meminit Scilla, ejusdem
VIII Pontificis ſtemma præferens: a tergo inſculpta apparet Sancti Georgii Urbis Protectoris imago cum inſcriptione S. GEORGIUS FERRARIÆ PROTECTOr. Fuit Alexander in Pontificem adſcitus anno MDCLV. et poſt duodecimum Regni annum naturæ conceſſit.

Sub Clemente X. ad Pontificatus apicem evecto anno MDCL-
IX XX. ſubſequens ſemiobolus cuditur. Ex una parte Pontificis inſignia; et altera Urbis nomen apparent inſculpta. Clemens mortem obiit XI. Kal. Sextilis MDCLXXVI.

In decimo æreo argento mixto nummo *Muragliola* vulgi ſer-
X mone nuncupato, exhibetur Clementis XI. effigies cum lemmate CLEMENS XI. P. M. A. X. In poſtica S. Maurelius Urbis Epiſcopus, ac Compatronus hiſce vocibus circumſeptus S. MAVREL*ius* EP*iſcopus* FERR*ariÆ*. inferius 1710. Clemens anno MDCC. IX. Kal. Decembris Pontifex inauguratus Claves cum vita depoſuit XIV. Kal. Aprilis MDCCXXI.

XI Agnoſcitur rurſus in undecimo argenteo nummo vulgo *Piaſtra* ejusdem Pontificis egregiè delineatum caput cum inſcriptione ut in ſuperiori: in exergo Urbis ſtemma verbis hinc inde poſitis CIV*itas* FERRARIA. In oppoſita hæc verba NON AVRUM SED NOMEN; annus quo fuit cuſus 1710., et Thomæ Cardinalis Rufi ſchema, qui eodem anno Ferrariæ Legati munere auctus, ad hanc Urbem XV. Kal. Maii acceſſit.

XII Duo ſequuntur Monetæ vulgo *Muragliole* ipſiusmet Clementis
XIII effigie, nomineque impreſſę. In adverſis exhibetur Sanctus Georgius ſtans, haſtam in Draconem intorquens; inferius denotatur tempus quo a Zecca prodiere; una ſcilicet 1716., et altera 1717.

XIV Poſtremus argenteus vulgo *Teſtone* oſtendit ex una parte Clementis XI. parmulam teſſerariam; ab altera Sanctum Georgium, cujus nomen perhibent voces in margine exaratæ: in imo 1717. et Julii Cardinalis Piazzę ſtemma, qui Legati munere condecoratus cepit res noſtras adminiſtrare XII. Kal. Auguſti MDCCXIII.

---

(1) Hic quoque ſemiobolus latuit Scillæ. Advertendum porrò averſam hujuſce nummi partem omnino illi ſimillimam quam dedimus in ennunciato libro *delle Monete di Ferrara pag.* 274. ubi de monetis Innocentii X. egimus. Dicendum ergo erit a Monetario eundem typum adhibitum, ut expeditius ſemioboli cudi poſſent.

I



II



III



IV



V



VI



VII



VIII.



IX



X



XI



XII



XIII





FIRMI

CONſpiciendus in primis exhibetur æreus nummus, in cujus
I. anteriori facie eminet Crux affabrè excalpta, hacce circumcincta epigraphe S. SAVINVS. In poſteriori Urbis ſtemma, et inſcriptio VRBS FIRMANA. Nummum ex antiquioribus a Firmano Populo cuſum characteres in eo ſignati ſatis perhibent ; horum enim

enim forma Seculo XIII. convenit, quo ab Honorio III. ſummo Pontifice jure Monetæ donatus eſt.

Eandem fermè ſapit antiquitatem æreus ſubſequens nummus, in cujus priori area effictus fuit Arcis typus, verbo in gyrum poſito GIRFALCVS (1). In adverſa Crux, et lemma DE FIRMANIS. II.

In prima tertii ærei nummi fronte legitur S. BARTOLOMEVS (2) tribus poſtremis litteris in medio collocatis. Hunc ad Firmum ſpectare poſticæ characteres ſatis demonſtrant. III.

Quartus argenteus nummus cum eo fermè in omnibus convenit, quem inter Firmanos exhibuit Muratorius ſub num. II In hocce legitur inſcriptio D. L. D. MELIORATIS. *Dominus Ludovicus De Melioratis;* in circuli ſummitate Cometes apparet ejusdem Ludovici icon teſſeraria (3). A tergo in ſuperiori nummi parte idem Cometes ſubſequentibus vocibus VRBS FIRMANA., cujus ultima littera totam occupat aream quatuor parvis roſis infra, ſuperius, et ad ejus latera diſpoſitis. Ludovicus Melioratus a Patruo Innocentio VII. Pontifice anno MCCCCV. in Principem Firmi adſcitus, eo functo, Ditionis ampliandæ cupidus, nonnullas Piceni Urbes, Ladislai Neapolis Regis armis fultus, ſuo adjecit imimperio. Qua indignitate commotus Epiſcopus Sarſon Marchiæ Prorector Camertibus, Fabrianenſibus, aliisque illius Provinciæ Populis in auxilium accitis, Melioratum adeo armis terruit, ut ad quærendam pacem adegerit; qua tandem firmata, ab Alexandro V. Firmum, aliaque Oppida Fiduciario jure reportavit. Egit in Principatu ad annum MCCCCXXVIII. quo peſte ſublatus IV.

(1) Girfalcus nomen Arcis in urbe poſitæ, quæ etiam *Gerione* vocabatur. Conſule Saracenum in Anconitana Hiſtoria *pag.* 247. et Adamum rerum Firmanarum ſcriptorem.

(2) Cur porrò Sancti Bartholomæi nomen Firmani in nummo inſcripſerint, cum ab iis Sanctus Savinus uti Patronus principalis veneretur, non facilè dignoſci poteſt. Verùm cum ex Adamo *lib.* 1. *cap.* 63 didicerimus, in die feſto Sancti Bartholomæi anno MCCCLXXIX. ſe a Raynaldi de Monte Viridi tyrannide exemiſſe, non incongruum eſſe duximus aſſerere, Firmanum populum in tantis anguſtiis conſtitutum votis, precibuſque pro bono eventu rei Sanctum imploraſſe, qua benè parta, ad perennandam hujuſce facti memoriam, in Compatronum cooptaſſe, ejuſque nomen in monetis, eo tempore cuſis, inſcripſiſſe.

(3) Caudatam ſtellam in baltheo impreſſam Innocentium VII. pro ſtemmate uſurpaſſe ex Ciacconio accepimus. Ludovicum verò Cometem tantum adhibuiſſe perhibet Silveſter Petra Sancta in ſuis Teſſeris Gentilitiis *pag.* 467. ubi hæc ſcribit. *Hoc igitur Sydus aureum. et caudulam vibrans ſinuoſam in Cyanea parmula, eſt in Urbe Roma Familiæ* MELIORATAE.

tus eſt, cum triennio ante (1) elegantem hunc nummum cudi mandaſſet.

Qui ſub num. V. inſpicitur argenteus nummus ad Franciſcum V. Sfortiam pertinet, qui per duodecim annos ſummum Urbis exercuit imperium. In ejus prima fronte exhibentur hi characteres F. S. VICECOMES. *Franciſcus Sfortia Vicecomes*; in circuli ſummitate Anguis pueri crura devorans, Vicecomitum inſigne. In adverſa epigraphe uti in ſuperiori. De hoc præclaro armorum Duce in Aſculanis nummis ſatis differuimus; quòcirca eadem hìc recenſere non libet. Hoc tantum addendum, Firmanos, cognita cæterarum Piceni Urbium defectione, in Alexandrum Franciſci fratrem, cui Gerionis cuſtodia fuerat demandata, inſurrexiſſe, atque ad deditionem, quibuſdam datis, acceptiſque conditionibus, adegiſſe; accitisque Pontificiis, Urbis atque Arcis dominatum eis tradidiſſe.

Ejuſdem Principis nomen legitur pariter in æreo ſubſequenti VI. aliquantulum exeſo nummo; in cujus poſtica Crux, et Urbis nomen perpenduntur.

Nummus, qui ultimo ſuccedit loco, æreus eſt, et in omnibus, VII. dempta characterum forma, cum primo cohæret: ex quibus dignoſci poteſt, Sfortia jam exturbato, fuiſſe obſignatum: Sfortiæ enim temporibus ſemigothicis litteris monetæ exarabantur, quibus poſtea noſter ſcribendi modus poſt ejus mortem ſucceſſit. De Florentinis monetis, de quibus, prout ordo expoſtulat, agendum foret; ſatis differuit eruditus vir Ignatius Urſinus, ad quem lectorem remittimus.

I



II

FORUM-

(1) Hiſce temporibus antedictum nummum fuiſſe obſignatum, Adami verba *lib. 2. cap. 47.* demonſtrant; quæ quidem hìc apponere non pigebit. *Undecimo Kal. Octobris MCCCCXXIV. Antonius de Melioratis Ludovici pater vitam cum morte commutavit; ſequenti autem anno quinto Kal. Septembris Ludovicus argenteos nummos Firmi cudendos curavit: ad eamque rem elegit Ioannem Vannis Firmanum, et Marinvectium Aſculanum: cumque eſſet in urbe magna argenti penuria, Epidaurum, ad illud coemendum, quemdam Chriſtinum miſit.*


OCTAVIANVS·SF·DE·RIARIO·FORLIVII·IMOLAE
Æ

CATHARINA·SF·DE·RIARIO FORLIVII·IMOLAE
Æ
VICTORIAM·FEAMA·SEQVETVR


IMOLAE·FORLIVII·DNA·CATARINA·SFORVICE·COMES·DE·RIARIO
Æ
TIBI·ET VIRTVTI

III

IV



V



VI

VII



FORUM-LIVII

FRidericum II. Imperatorem Forolivienſibus cudendę pecunię jus contuliſſe, ac Octavianum Riarium Comitem, ejuſque Matrem Catharinam Sfortiam, ea in Urbe dominantes, argenteos, æreoſque nummos in exitu ſæculi quintidecimi cudiſſe, ex Paulo Bonolio Rerum Forlivienſium ſcriptore *pag.* 274. cognovimus. Verùm cum in tot tantiſque Antiquariorum Pinacothecis nullum adhuc mihi licuerit inſpicere, nec penes Forolivienſes ipſos, ut mihi faſſi ſunt, unus quidem ſervetur, nec apparuerit, quid certi proferam non habeo. Ne porrò jejuna omnino ſit Urbs, tria ærea non obvia Numiſmata ejuſdem, uti cœlaturæ indicant, magnitudinis, Octaviani Riarii, et Catharinæ matris nominibus exarata, in tabula hìc adpoſita ſubiiciemus, eorumque geſta, altius rem repetendo, in pauca redigemus. Antonius Cardinalis Roboreus Savonenſis Summus Pontifex ſub nomine Xiſti IV. anno MCCCCLXXI. V. Idus Auguſti renuntiatus, nihil antiquius habuit, quàm

quàm Nepotes conſanguineoſque, quorum exiguus non erat numerus, ad ſuprema honorum fortunarumque faſtigia extollere. Inter hoſce recenſebatur Hieronymus Riarius ex Blanca Xiſti ſorore natus, cui cum antea ſupremum Eccleſiaſtici exercitus imperium contuliſſet, Fori Cornelii, Liviique deinde Toparchia cohoneſtavit. Anno ergo MCCCCLXXXI. Riarius una cum Catharina magni animi fœmina Galeatii Mariæ Sfortiæ Mediolani Ducis ex furto filia, Forolivium ingreſſus, et maxima cum Civium lętitia, ac ſolemni apparatu exceptus, ſumma cum laude iniit Principatum. At cum aliquando in ędificiis maximè conſtruendis, augendiſque ęrarium penitus exhauſiſſet, atque ſubditos novis pedagiis oneraret, ex Proceribus aliqui vehementer commoti, exacerbatique, ut ſe ab immani jugo eximerent, Riarium anno MCCCCLXXXVIII. XVIII. Kal. Maii in proprio cubiculo enecarunt, ejuſque corpus in publicum Forum projecerunt. Quod ubi cognovit populus, ad conjuratorum tumultum occurrens, et per vicos plateaſque Eccleſiæ nomen ingeminans, repetenſque, in Ædes Principis incumbit, cuncta diripit, exportatque; et ipſam Catharinam cum filiis, famulabuſque interceptam, penes Franciſcum Dedi, qui ad tantum ſcelus viam aliis primùm conſtruxerat, in cuſtodiam abducit. Nec mora Magiſtratus conjuratorum votis adhærentes, Jacobo Sabellio Cæſenæ Moderatore Forolivium accerſito, ſe ſe ſuamque Urbem Pontificio imperio ſubdidere. Hiſce actis Sabellus cum Arcis deditionem ab Antonio Fevo tunc Præſide ſæpius fruſtra tentaſſet, Catharina, ut artem arte deluderet, ſe Cuſtodis animum devincere, et Arcis ceſſionem, ſi cum illo in Arce colloqui licuiſſet pollicetur. Quod ubi factum eſt, et tres ad colloquium indictæ horæ confluxiſſent, Fœminæ calliditate perſpecta, Tormentis e Cæſena deductis Arcem defatigare ceptum eſt. Interea cùm Conſpiratoribus nuntiatum, Joannem Bentivolum, qui ea tempeſtate ſumma cum auctoritate Bononienſibus præerat, cum ſuis, ac Mediolanenſibus copiis Caſtrum Bononienſe adortum, celerato itinere Forolivium properare: hi nil cunctandum rati, Patria relicta, çum pretioſioribus, ac filiis Cæſenam aliòque contendunt. Tunc Cives fortunarum ſuarum jactura vehementer commoti, et ſpe fruſtra Pontificii expectati auxilii penitus dejecti, ad priſtinos Dominos deficiunt, Riariorumque nomen uno ore incla-

inclamant : quibus a Catharina exceptis, Sfortiano ſtipata milite, extrema Aprilis die pedes Urbem ingreſſa Sancti Mercurialis templum primùm conſalutavit ; dein funeribus emortuo marito egregia pompa celebratis , effoſſum cadaver Forum Cornelii delatum ad Sanctum Caſſianum ſepulturæ datur. Octaviano Hieronymi filio in Principatu confirmato, atque a populo juramento fidelitatis accepto , mater ob pueri imbecillitatem cum Urbanas res adminiſtrare cepiſſet , acriter in conſpiratores , ſceleſtique auſus conſcios inſævitum ; alii juſto ſupplicio affecti , alii exilio mulctati ; eorum domus everſæ , conſcriptaque bona. Cæterùm ubi ultio quievit , tanta integritate , prudentia , ſapientiaque Forolivienſes res moderatæ , ut aliud nullum præter Catharinæ (1) imperium exoptaretur. Hæc inter Alexander VI. tunc ſummus Pontifex cum Umbriæ, Flaminiæque Regulos e ſuis ſedibus deturbare, occupataſque Urbes in filium ſuum Cæſarem Borgiam Valentinum dictum transferre ſanxiſſet , Catharina ſub hujus tyrannidem prima cecidit. Anno ergo MCCCCXCIX. Borgia, Helvetiorum Copiis mercede conductis, auxiliiſque Ludovici Francorum Regis fultus , Foro Cornelii in deditionem habito, et ejus Arce expugnata, cum juſto exercitu Forolivium properavit. At Riaria nec Valentini audacia , neque militum multitudine perterrita , cum populum in fide titubantem conſpexiſſet , Filiis cum gazis Florentiam miſſis , in Arcem valido firmatam præſidio commeatuque , quoſcumque ad ſubeundos caſus prompta ſe ſe recepit. Valentinus interea , populo annuente, die XVII. Decembris Urbem ſolemni pompa ingreſſus , antequam hoſtiliter ageretur , Riaria ad colloquium per caduceatorem evocata, ejus, non inhoneſtis propoſitis conditionibus animum delinire , ac conſtantiam flectere nitebatur; qui cum, re infecta, rediiſſet, Arcis

(1) Hoc quoque ad hujus Heroinæ laudes placuit addendum: quod cum aliquando Joannes Mediceus Forolivium acceſſiſſet , adeo egregiis ejus animi , corporiſque dotibus fuerit illectus , ut ſibi occulto matrimonio copulaverit , ex quo natus eſt Joannes ille militari gloria florentiſſimus , atque ob præclara geſta merito ab illius ævi Scriptoribus *Fulgur Belli* vocitatus ; qui cum anno MDXXVI. ad Acroventum Mantuanæ ditionis oppidum non procul a Pado in Urbinatem Ducem fœderatorum imperatorem fortiter dimicaret , a ferreo globo in crure percuſſus , Mantuam delatus , ſextum poſt diem interiit: cum antea ex Maria Salviati uxore Coſimum ſuſtuliſſet , qui poſt Alexandri mortem Florentinum adivit Principatum , in quo deinceps filii, nepoteſque per duo fermè ſæcula continuarunt.

expugnationem omnibus artibus, ac vi adortus eſt. Per plures dies bombardarum ejaculatione, ac militaribus dolis perperam oppugnatio tentata, impigrè ſe ſe defendente Præſidio: tandem patefacto tormentorum vi aditu Borgianis, ſummo facto conatu, pridie idus Januarii ſe ſe in Arcem proripientibus, fit acre certamen: cumque Præſidiarii aliquandiù reſtitiſſent, undique circumventi ingenti ſunt ſtrage cæſi, reliqui intercepti, inter quos Catharina; quæ haud diù poſt aureis catenis vincta a Valentino Romam abducta, cum in cuſtodia ad duodeviginti menſes conſtitiſſet, Francorum Rege inſtante, in libertatem vindicata Florentiam ſe contulit; ibique cum ad annum MDIX. fuiſſet diverſata IX. Kal. Junii e vivis exceſſit; eique tumulus ad ſacras Muratarum Virgines datus.

GENUÆ

GEnua perelegans, ac præcipua totius Liguriæ Urbs Romano Imperio fideliſſimè paruit ad Longobardorum uſque in Liguriam adventum; quo tempore, Duce Rothario, cum tota maritima ora in eorum poteſtatem devenit. Hiſce porrò a Carolo Francorum Rege profligatis, gallico nomini addicta fuit quamdiu ejus potentia in Italia ſtetit; qua collapſa Genuenſis populus in libertatem vindicatus adeò opibus floruit, ac armis valuit, ut ad exteras gentes ſuum nomen contulerit, quamplurimaque virtutis bellicæ documenta, et precipuè in bello Sacro ediderit. Maxima deinde æmulatione cum Venetis, ac Piſanis contendens de hiſce aliquando triumphavit, variaſque Italiæ partes ſuis victoriis illuſtravit. Suos habuit Urbs Duces vulgo *Dogi*, quorum primus Simeon Buccanigra a popularibus electus anno MCCCXXXIX. quo tempore cum illorum epocis ſuos cepit nummos obſignare, ac deinceps perrexit, uti ex hiſce tribus, quos hìc damus ſub num. I. II. et III. evincitur manifeſtè: primus enim ſub Duce XIX cuſus, alter ſub XXI, tertius ſub XXVI. Omnes tamen Conradi Romanorum Regis nomen in adverſis perhibent, a quo jus Monetę Genuenſes reportarunt anno MCXXXIX.

I. II. III.

Quartus argenteus nummus repræſentat quamdam machinam, cui

cui ſupereminet lilium, ſubſequentibus vocibus FRANCISC. REX FRAN. IA. D. In adverſa Crucem et Conradi Regis nomen IV. ut in ſuperioribus. Cum Genuenſes de Patriæ imperio inter ſe diſceptare cepiſſent, Reſpublica ſupra modum afflicta, ac lacerata adeò a priſtina potentia declinavit, ut tandem externis Dominis parere coacta ſit; inter quos Mediolanenſes Duces maximè recenſendi uſque ad Ludovicum Sfortiam, quo ab Ludovico Francorum Rege exturbato anno MCCCCXCIX. ſub ejus ſtetit imperio ad MDVI. quo Proceres inter, et Populares ſubortis diſſidiis, cum hi prævaluiſſent, et ſe, Paulo Novio ex humili ſtirpe orto in Ducem adſcito, in libertatem aſſeruiſſent, Rex in rebelles admotis Copiis ſequenti anno ſine ſanguine ad officium redegit. Verùm quinquennio poſt, claudicantibus Francorum in Italia rebus, Genuenſes externis ſuffulti armis Arce, Præſidis emercata avaritia, potiti, Gallos aliò abire compellunt. Quæ ubi Regi cognita, Claſſe in rebelles immiſſa, ea territi ſub obedientiam rediere, quam et Franciſco Engoliſmenſium Duci ſucceſſori in Francorum Regem inuncto anno MDXV. præſtiterunt, atque in ejus cultum evulgatum nummum cuderunt.

I



II



III



IV



LAVANIÆ

UNicum tantùm ex auro conflatum exhibemus Lavaniæ percuſſum nummum, Ludovici Fliſci imaginem referentem, cujus nomen in ejus margine inſcriptum intuemur hiſce notis LVD. FLISC. LAVANIE 3. &c. DO. *Ludovicus Fliſcus Lavaniæ et cætera Dominus*. Quem in oppoſita videmus, Sanctus, qui dextra benedicit, ſiniſtra palmam ſuſtinet, is Theoneſtus eſt Oppidi Patronus; legitur enim in ora nummi S. THEONESTUS. MARTIRI.



LUCÆ

I. IN primo argenteo nummo oſtenditur Domini noſtri Jeſu Chriſti Caput corona redimitum ſub circumducta epigraphe SANCTVS VVLTVS DE LVCA. In adverſæ area hæc vox LVCA litteris ſemigothicis exarata, verbis in gyrum poſitis CAROLVS IMPERATOR. Luca Romanorum Colonia, eorum Imperio declinante, varias viciſſitudines, quamplurimoſque Dominos paſſa eſt; inter quos, cæteris prætermiſſis, Bonifacius Co-

mitiſſæ

mitiſſæ Mathildis pater, Malaſpinæ, et Obicii (1) recenſendi. Anno verò MCCCXIV. Uguccio de Fagiola, Urbis tyrannide ſibi comparata, cum nimis aſperè dominaretur, a Populo poſt triennium expulſus eſt, et Caſtruccius de Interminellis, e carcere eductus, in Dominum renuntiatus. Caſtruccio moderante Lucenſes res maximè efflоruere; eoque poſt duodecimum Regni annum functo, ſucceſſores filios Bavarus imperio exuit, et Gherardino Spinulæ Genuenſi, XXX. Florenorum aureorum millibus in pretium acceptis, Lucam tradidit: quo tempore, cum a Florentinis duro bello Lucenſes premerentur, ne ſub eorum jugum inciderent, Joanni Bohemiæ Regi Urbem obtulere, quam ipſe non multo poſt, XXXV. Florenorum millibus ſibi numeratis, Petro Rubeo Parmenſi in Vicariatum conceſſit, ſub cujus imperio haud diù extitit: etenim biennio poſt cum vim, auctoritatemque Maſtini Scaligeri Urbi inhiantis pertimeſceret, ut magis illius animum ſibi devinciret, in ejus poteſtatem Urbem dimiſit, tenuitque ad annum MCCCXLI. quo a Fœderatorum armis preſſus, pactis CCL. Florenorum aureorum millibus ad ſtatuta tempora perſolvendis, Florentinis venundavit. Quod cum Piſani ægrè ferrent, juſto exercitu comparato, Lucæ obſidionem aggreſſi, Florentinis, qui ferre obſeſſis opem tentaverant, in turpem

(1) Præſtantiſſima Obiciorum Familia ex Burgundia oriunda cum in Italiam ſub Sæculi XI. initium deſcendiſſet, et Obicio, qui Obiciorum Genti nomen dedit, Lucæ conſediſſet, ibi adeo opibus, et potentia crevit, ut aliquandò Urbis imperium meruerit reportare. Horum primi Amphirion ex Nicolao, et Thomas ex Aloyſio nati, qui Malaſpinis Lucæ Tyrannis bello ſuperatis anno MCCLX. in præmium virtutis unanimi Populi conſenſu in Urbis Dominos electi ſunt. Amphirion armis ſummoperè deditus, cum in Caſtra Anglorum Regis ſe contuliſſet, et poſt triennium deceſſiſſet, tota rerum ſumma Thomæ demandatur, cui quinquennio poſt functo ob ejus in Patriam merita æneam equeſtrem Statuam Lucenſes conſecrarunt. Reipublicæ deinde primatum Obicii tenuere ad annum MCCCXIV. quo, Luca ab Uguccione de Fagiola armis occupata, ipſi et quot affinitate, et amicitia conjuncti, de civitate repulſi ſunt. His in varias Italiæ Urbes diſtractis, quoſdam Ferrariam ſe ſe recepiſſe non ambigendum: in noſtris enim hiſtoriis memoratur Thomas ille, qui Alberto Eſtenſi tunc Principi adeò ſuam probavit fidem, prudentiamque, ut eum ſibi a Conſiliis adeſſe voluerit, et impuberi Nicolao filio in Principatu ſucceſſori unum ex Tutoribus aſſignaverit. Ex Thoma Ferrarienſi civitate donato Robertus eſt ortus, et ex Roberto Antonius, ex cujus ſtipite poſt longam Illuſtrium Virorum ſeriem prodiit Thomas Marchio, qui nuptiis cum Alexandra Comitiſſa Pecori Florentiæ nata celebratis, ex ea præter fœminas tres Mares adhuc ſuperſtites ſuſtulit, Ferdinandum ſcilicet, Bernardum, et Pium Æneam ad Sacerdotalem gradum promotum; qui cum non pauca Eccleſiaſticæ Diſciplinæ documenta edidiſſet, Primiceratus dignitate fuit in Majori noſtra Eccleſia cohoneſtatus.

turpem fugam actis, in tantas auguſtias Lucenſes adegère, ut eos poſtero anno ad deditionem coegerint. Ad annum uſque MCCCLXVIII. Piſanis legibus Lucenſes paruere, quo Carolus IV. Romanorum Imperator Italiam ingreſſus cum Lucæ conſedisſet, Civium precibus fatigatus Urbem a Piſanis exemit, eique Guidonem Cardinalem de Monteforte præfecit; qui cum cognoviſſet Bernabovem Vicecomitem ad ejus Dominatum aſpirare, inſidiaſque moliri, Lucensem Populum, XXV. Florenorum aureorum millibus ſolutis, Cæſare annuente, in libertatem aſſeruit: quo tempore tanti beneficii memores Lucenſes Liberatoris ſui nomen in monetis pingere ceperunt.

En alter argenteus nummus in cujus poſtica ejuſdem Caroli
II. Imperatoris, et Urbis nomina exarata perpenduntur. In antica eminet Salvatoris imago cum inſcriptione SANCTVS VVLTVS. Lucenſes in libertatem vindicati, ea ad annum uſque MCCCC. uſi ſunt: quo a Paulo Guiniſio Mediolani Ducis auxiliis fuit urbs occupata; quæ cùm ſub ejus tyrannide ad annum MCCCCXXX. ingemuiſſet, implorata Philippi Mariæ ope, Franciſci Sfortiæ arte Paulus et filii intercepti, et Mediolanum miſſi, diuturna carceris moleſtia preſſi periere: a quo tempore in hodiernum uſque diem Luca ſui juris extitit.

I



II



MACERATÆ

MAcerata ob Helviæ Recinæ everſionem una cum Recineto condita, a Bonifacio IX. ſummo Pontifice jure cudendi Monetas, anno MCCCXCII. donata eſt. Hæc, quam primo loco damus,

damus, argentea eſt, exhibetque in ſua prima fronte Sancti Juliani ſtantis Urbis Patroni imaginem, dextra vexillum ſuſtinentis, ſiniſtra gladio innixi, verbis in gyrum poſitis S. IVLIANVS. et parvà Molà Urbis inſigne, quæ partiter in vexillo depicta apparet. In oppoſita Crucem, et lemma DE MACERATA. I.

In ſecundo argenteo Sanctum Julianum equo inſidentem Maceratenſes inſculpſerunt cum ejus nomine, et Mola in circuitu. A tergo Crucem, et inſcriptionem ut in antecedenti. II.

Tres qui ſubſequuntur argentei preferunt in antica facie has voces SANTUS JVLIANUS. quatuor poſtremis characteribus in area ad formam Crucis diſpoſitis. In poſtica DE MACERATA ultima littera in medio collocata. Hoſce tamen a diverſa matrice prodiiſſe eorum imagines ſatis edocent. III. IV. V.

In anteriori poſtremi argentei nummi fronte inſculpta appareret Littera A. hac epigraphe circumſepta DE MACERATA DE ANCO*na*. In poſteriori Julii II. icon teſſeraria, et lemma IVLIVS PAPA II. VI.



MAN-

MANTUÆ

ANte milleſimum vulgaris Æræ viguiſſe penes Mantuanos Epiſcopos facultatem cudendi Monetas, ex Ottonis III. Imperatoris Diplomate, Joanni tunc Epiſcopo dato anno DCCCCXCVII., didicimus. En ergo hujuſce Urbis antiquiſſimus nummus,
I. quem mihi licuit juris mei facere. Eſt hic æreus argento mixtus ſcyphi formam referens, in cujus concava parte viſitur Crux cum Urbis nomine in circuitu. In limbo convexæ VI*r*GILIVS, in area tres characteres E. P. S. qui commodè *Epiſcopus* interpretari poſſunt.

Eandem ſapit antiquitatem alter ſubſequens nummus in me-
II. tallo, et forma cum antecedenti conveniens. Crucem in anteriori ejus parte intueor integram aream dividentem, intra cujus latera legitur VI*r*GILIUS. In poſteriori parem Crucem, et verba DE MANTVA.

Sequitur tertius æreus nummulus, in cujus antica oſtenditur Virgilii Poetæ caput cum inſcriptione VIRGILIVS. In poſtica
III. vero Crux, et lemma DE MANTVA. Summo in honore Virgilium Concivem ſuum Mantuanos habuiſſe complures nummi Mantuæ obſignati teſtantur, in quibus celeberrimi Poetæ effigiem pinxerunt, Populorum ſanè Mitylenes, et Chii exempla ſecuti, qui Sapphi, et Homeri imaginibus ſuos nummos condecorarunt.

In prima ærei quarti fronte effigiatum cernimus Solem, et
IV. in ambitu has notas LO*dovicus* D*e* GONZAGA. A tergo ſtat Virgilii imago cum hac epigraphe V. D. MANTVA. *Virgilius de Mantua*. In præclaram priſcamque Gonziacam Familiam Mantuanum ſceptrum translatum anno MCCCXXVIII. Eo enim tempore Urbis Optimates Paſſerini de Bonacolſis (1) tyrannidem perteſi

(1) Spectabilem Bonacolſium Gentem tribus et quinquaginta annis ſummo cum imperio Mantuanis rebus præfuiſſe, inconcuſſum eſt apud Hiſtoricos. Horum primus Pinamons fuit, qui a Civibus Urbis Præfectus ordinatus adeò eorum animos ſibi devinxit, ut munere exacto Caput Populi cum necis, et vitæ poteſtate anno MCCLXXVI. fuerit deſignatus. Is, ut tutiùs imperium ſibi ſtabiliret, aſperè cepit dominari, quo firmato, tanta cum æquitate ſe geſſit, ut poſt duodeviginti annos fato raptus a Populo ut Pater Patriæ lugeretur. Hunc Bar-

perteſi XVII. Kal. Septembris in eum inſurgunt, excitatoque in Foro tumultu, cum ad eum ſedandum Paſſerinus cum ſuis derepentè advolaſſet, a furenti populo trucidatus eſt. Re ex voto ſucceſſa, Aloyſium Gonzagam auctoritate, et gratia plurimùm penes Mantuanos pollentem, (qui validam operam in conſpiratione præſtiterat, et Canis Scaligeri Veronæ Reguli auxilia ſumma arte in Urbem admiſerat) Dominum ſibi Populus, et Magnates præfecere. Aloyſius a Carolo IV. Imperatore Vicarii Imperialis titulo cohoneſtatus, cum ad annum MCCCLX. Mantuanam Ditionem optimè adminiſtraſſet, et ejus fines latè protuliſſet, tres et nonaginta annos natus interiit. Hunc proximè filius Guido ſecutus natu maximus in Regni ſocietatem jam adſumptus, qui, decimo quam regnare ceperat anno, fato functus Ludovico filio imperium reliquit, ſub quo evulgatus nummus cuſus eſt. Fuit Ludovicus æquitatis, ac juſtitiæ ſummoperè cultor, finitimiſque Principibus adeò ſe amabilem præbuit, ut duodecim annis, quibus rerum potitus, omnes ceſſaverint motus, et ſumma pax Mantuæ affulſerit, et otium fuerit. Tot ergo dotibus clarus conjuratione tamen non caruit: Antonius enim, et Nicolaus ex Gonziaca ſtirpe, qui ad Dominatum ſuperbè ferebantur, ut eum de medio tollerent, conſilia iniere; quibus maturè compertis, infelicis temeritatis pœnas cum conſciis dedere. Urbe ædificiis aucta, Divi Georgii, et Portus ſuburbiis muris circumſeptis, Gubernulo, et Burgoforte, ad invaſiones hoſtium comprimendas, Arcibus firmatis, naturæ conceſſit anno MCCCLXXXII. Franciſco, et Elizabetha ſuperſtitibus ex Aldauxore Obizonis Eſtenſis filia, ſuperiori anno e vivis erepta, procreatis.

I Argen-

---

dellonus excepit, quem ob avaritiam, crudelitatemque cunctis exoſum ſexto a Principatu anno una cum Taino fratre Boteſella ejecit, et ſibi imperium vindicavit; cui novem poſt annos functo Paſſerinus frater ſurrogatur, a populo, ut ſuperius diximus, trucidatus: Et ne quid Bonacolſiæ ſtirpis Mantuæ remaneret, Franciſcus ejus filius, et qui ex Buttirono nati intercepti, et in carcerem acti fame periere. Neque porrò omittendum Bardellonum Venetias declinaſſe, et Tainum Ferrariam ſe contuliſſe, ibique Eſtenſium præſidio ſede firmata Familiam ſuam propagaſſe, cujus eximiæ virtutes, reſque preclarè geſtæ in noſtris hiſtoriis deprædicantur; ſplendorem hodie maximè ſuſtinente Comite Jo. Baptiſta Juriſutriuſque Laurea, et Archipræsbyterali Dignitate in noſtra Cathedrali Eccleſia elapſo anno MDCCLXVI. condecorato; qui licèt juvenilibus annis efflorescat ſenili tamen ingenio munus ſibi concreditum ſuffulcit.

Argenteus quintus perhibet in anticæ medio Aquilam expanſis
V. alis ; in ambitu FRANCISCVS De GONZAGA, et exiguum ſcutum inſignia Principis præferentem. In poſtica effingitur Crux hiſce vocibus in ora exaratis VIRGILIVS De MANTUVA ; quibus ſubſequitur minuta ejuſdem Poetæ imago.

In area ſexti pariter argentei repreſentatur Caſſis, litteris hinc
VI. inde poſitis F. R. nempe *Franciſcus*, inferiùs ſtemma Gonziacum cum Cruce, et inſcriptionibus uti in ſuperiori.

In prima ſeptimi ærei facie inſculptum apparet Gonziacæ Fa-
VII. miliæ Scutum, circum quod hi characteres F. D. GONZAGA. *Franciſcus De Gonzaga*. Averſa Virgilii protomen fert, ore ad inſtar cantantis aperto: in circulo autem, qui imaginem ambit, hæ notæ V. D. MANTVA. *Virgilius De Mantua*.

Ad eundem Franciſcum ſpectat alter ex eodem metallo compacto nummulus, cujus aream occupant hæ ſiglæ F. R. Fran-
VIII. ciſci nomen indicantes ; in gyro De GONZAGA. In poſteriori facie VI. *Virgilius* De MANTVA. Eluxère in Franciſco morum ſuavitas, pietas eximia, ac prudentia ſingularis: nihil enim inconſultis Primatibus, et doctis viris agebat: ad alloquia cujuscunque generis perſonarum valde comis pauperum Cauſas lubens agnoſcebat, ſuaque pecunia negotiatoribus abſque fœnore præſto erat. Elizabetha ſorore Carolo Malateſtæ Arimini Toparchæ nuptui collocata, Margaritam forma, et moribus præſtantiſſimam ex eodem ſanguine procreatam in enecatæ Uxoris locum ſibi delegit ; nuptiæque inſigni apparatu, ac ſumptuoſis ludorum equeſtrium ſpectaculis anno MCCCXCIII. celebratæ ; ex quibus biennio poſt Joannem Franciſcum ſuſtulit in Principatu Succeſſorem. Gratus demùm omnibus ſummo ſubditorum dolore ex hominum vita demigravit anno MCCCCVII.

Sequens æreus nummulus in omnibus convenit cum antece-
IX. denti præter ſiglas I. F. *Joannis Franciſci* nomen indicantes, qui poſt mortem patris ſub Venetorum, ac Malateſtarum tutela ob ejus imbecillem ætatem Mantuæ cepit gubernacula.

In decimo æreo nummo effigiatum cernimus Canem Principis ſymbolum, cum hac inſcriptione JOHANES FRANCISCVS. In
X. circulo poſticæ hæc verba PER SIGNVM, ſubaudi *Crucis*, quę in area apparet inſculpta, LIBERA NOS. Joannis Franciſci nomen abſque Marchionis titulo in duobus evulgatis nummis

mis exaratum, hoſce ante annum MCCCCXXXIII. fuiſſe obſignatos ſatis indicat: eo enim anno a Sigiſmundo Imperatore Marchionali dignitate inſignitus eſt. Cæterùm Joannes Franciſcus in bellicis rebus ſummoperè edoctus Venetorum caſtra ſecutus, Carmaniola ſupremo armorum Duce capite plexo, in ejus locum fuit ſubrogatus. A Venetis dein deſcitus, et Philippo Mariæ Mediolani Duci adhærens, in Veronenſem ditionem cum quatuor armatorum millibus penetravit anno MCCCCXXXIX., nonnullaque illius agri Oppida ſui juris fecit. Qua re graviter commoti Patres, injuriam ulturi, ornatiſſimam Claſſem, Petro Lauredano Præſide, comparant, ut Pado devecta Mantuanos fines infeſtos redderet, atque a ſuſcepta provincia Marchionem removeret. At Gonzaga, ad illudendos eorum conatus, opportunis fluminis locis, et maximè Sermido, et Hoſtilia arcibus, ferreis catenis, ac tormentis bellicis communitis, iterùm ad Vicecomitis Turmas ſe contulit; nec multo poſt Veronà, quam ſui juris fecerat, a Franciſco Sfortia ſupremo Venetorum Duce deturbatus, Mantuam remeavit. Anno, qui inſecutus, bellum renovatum, quo tempore novæ perturbationes a Philippo Maria paſſæ aditum paci aperuere, qua poſtero anno firmata, inter cæteras conditiones conventum, ut Aſola, Leonatum, et Piſcaria, maximà herclè Gonzagæ injuria, Venetis cederentur. Vitellianà, nonnulliſque agri Cremonenſis Oppidis ſuo adjectis imperio, Joannes Franciſcus finem fecit vivendi anno MCCCCXLIV. quatuor poſt ſe relictis filiis, quos ei Paula uxor ex antiqua Malateſtarum Familia probitate, ac forma inſignis Fœmina pepererat, ſua unicuique portione aſſignata.

In undecimo argenteo nummo exculptum apparet Ludovici Gonzagæ ex Joanne Franciſco nati laureatum caput, cum adſcripto nomine. Oſtentat adverſa Sacram Pixidem, et lemma XPI SANGVINIS TABERNACVLVM. XI.

Eadem Sacra Pixis inſpicitur pariter in poſteriori ſequentis argentei nummi parte, addita inſcriptione SANGVINIS CHRISTI. In anteriori Principis nomen, et ſtemma Gonziacæ Familiæ a Sigiſmundo Imperatore conceſſum. XII.

Eidem Ludovico adſcribuntur pariter duo ſubſequentes nummi aureus unus, argenteus alter. In aureo oſtenditur ex una parte ipſiuſmet Marchionis ſtantis imago, dextra gladium ſuſti- XIII.

nentis, ſiniſtra gentilitio ſcuto innixi, cum ejus nomine in orbe exarato. Ex altera Sanctus Georgius equo inſidens, Lanceam in Draconis gulam immittens, ſub epigraphe SANCTVS GEOR-
XIV. GIVS. Præfert argenteus in antica Solem, et nomen Principis; in poſtica Crucem, et lemma IN HOC SIGNO VINCES. Fuit Ludovicus ſudoribus bellicis ſummè inclytus, crebriſque victoriis ſpectatiſſimus, quo factum eſt, ut penes Vicecomitem, et Sfortiam Mediolanenſium Duces, Venetoſque, cujus opera ſæpius uſi fuerant, maximum ſibi nomen fecerit. Carolum fratrem inquieti ingenii hominem, Venetis ſuffultum viribus, infeſtum habuit: conſertis enim anno MCCCCLIII. XVIII. Kal. Quintilis ad Goitum manibus, cum diù varia victoria fuiſſet, ad poſtremum pro Ludovico ſtetit. Carolus fugatas copias perditaſque res circumſpiciens, vitæ ſuæ metuens Ferrariam ſe ſe recepit; ibique febre correptus, in exitu anni inter mortales eſſe deſiit. Corpus Mantuam deportatum ante fores Templi Beatæ Mariæ Virginis, ab accolis Gratiarum nuncupatæ, ſicuti ipſe edixerat, tumulatum. Ex Barbara Mandeburgenſi quinque ſuſceptis filiis ex. ceſſit Ludovicus anno MCCCCLXXXVIII.

Ludovico ab hominibus exempto, Fridericus major natu iniit Principatum; et hujc ſexennio poſt functo Franciſcus filius ſucceſſit. Quem primus, inter hujuſce Principis damus nummos, ex argento eſt flatus, perhibetque in ſua antica parte ipſius
XV. faciem barba obumbratam, cum hac inſcriptione FRANCISCVS MAR*chio* MAN*tuæ*. A tergo habemus Sacram Pixidem, in qua tres guttæ Sanguinis ſervantur, quæ, ut fertur, e latere Domini Noſtri Jeſu Chriſti a Longino conſauciato effluxerunt, et lemma SANGVINIS XPI IHESV.

In priori decimi ſexti argentei parte efficta fuit ejuſdem Prin-
XVI. cipis effigies; in cujus adverſa fuſorium perhibetur vaſculum, cum Virgarum faſciculo ex eo prodeunte; ea autem inſcriptio talis eſt, D*omine* PROBASTI ME ET COGNOVI*ſti* ME.

Quatuor tantum, ne ſim prolixus, hìc dabimus nummos,
XVII. quorum plures, typis leviter mutatis, in noſtro Muſeo ſervanvantur. Oſtendit primus pileatum Franciſci caput, et Sacram
XVIII. Pixidem, quam et in ſubſequenti obſervamus Canem in anteriori parte præferente. In tertio, et quarto exhibetur ejuſdem
XIX. Marchionis imago; in quorum uno fuſorium vas, et inſcriptio

uti

uti in XVI. ; in altero muliebris figura ſedens , Sacram Pixidem ſuſtinens , circum quam legitur SANGVINIS XPI IHESV: in extremo nummi ad imum margine hæc vox MANTua. XX.

In duobus poſtremis ad eundem Franciſcum ſpectantibus nummis , ſuum Mantuani Poetam depinxerunt. Fert primus inſignia , et nomen Principis: alter fuſorium vas cum ſolita epigraphe. Franciſcus ad arma natus militaribus rebus ſummoperè ſtuduit , egregiamque penes Italos Principes , ob præclara geſta , laudem reportavit. Duodetriginta annos natus , Veneti exercitus Gubernator conſtitutus , ad Tarum anno MCCCCXCV. in Gallos proſperè dimicavit , et Novariam ab ipſis præſidio firmatam ad deditionem compulit. A Patribus in præmium virtutis ſupremi armorum Ducis titulo condecoratus , et Neapolim ſequenti anno Ferdinando Regi opem illaturus immiſſus , ubi Romam advenit , a Pontifice benevolentiæ, et humanitatis officiis exceptus Roſa aurea donatus eſt .Re in Neapolitana Ditione feliciter geſta , Ludovici Sfortiæ arte a Venetis exauctoratus, in ejus , ac Cæſaris armis Capitanei Generalis munus egit: cumque ejus fama in dies augeretur , a Julio II. Pontificiis Copiis præficitur anno MDVI. ; quo in munere Bononiam ab Eccleſia deſcitam ad ejus obſequium redegit ; utque magis Marchionis animum ſibi devinciret , Confalonerii dignitate cohoneſtavit. Hæc inter cum Pontifex ſocietatem cum Gallo , ac Cæſare in Venetos iniiſet, maximo Fœderatis MDIX., in iis ad Glaream Abduæ ſubigendis , auxilio Franciſcus fuit : Verùm victi , refectis viribus , Gonzagam ad Inſulam ſcalæ caſtrametatum , Duce Malvetio, dubia etiam luce adorti : poſt leve certamen Marchio interceptus , Venetiis in cuſtodiam traditur , nec inde, niſi inſequenti anno , dimiſſus. Mantuam reverſus, a bellicis rebus abalienatus , reliquum ſuæ vitæ curſum ad annum uſque MDXIX. exegit , quo gravi morbo preſſus , IV. Kal. Aprilis ex hominum vita ſerena fronte demigravit. Patri ſex filii ſuperſtites fuere , tres ſexus virilis , totidemque feminæ ex Iſabella Herculis Ferrariæ Ducis filia procreati. XXI. XXII.

Vigeſimus tertius argenteus nummus præfert Friderici imaginem , qui poſt mortem patris Mantuæ aſſumpſit Dominatum: Circumſtant voces FE. II. MAR. MANTVÆ V. *Fridericus Secundus Marchio Mantuæ quintus*. Ab altera parte Muliebrem figuram XXIII.

ſtantem ,

ſtantem, Calicem dextra ſuſtinentem, litteris hinc inde poſitis FI. nempe *Fides*.

Friderici rursus in vigeſimo quarto argenteo agnoſcitur vul-
XXIV. tus, in cujus adverſa eminet Sacra Pixis ſuper Aram poſita, in qua hi characteres S. ANDREAS. cum ſolita epigraphe in circuitu SANGVINIS XPI IHESV. in exergo MANTVA.

Sequuntur duo ejuſdem Principis argentei nummi; in quorum
XXV. anterioribus partibus ejus inſpicitur facies. Poſticæ Sanctæ Catharinæ ſtantis imaginem exhibentes, ſimiles ſunt, excepta varia
XXVI. diſpoſitione litterarum.

Tres, qui ſuccedunt nummi, argentei duo, æreus alter perhi-
XXVII. bent in adverſis partibus Olympum montem, et verbum FI-
XXVIII. DES. In anterioribus verò Beatam Mariam Virginem Puerulum
XXIX. Jeſum in ſinu complectentem, Principis inſigne, et ipſius protomen.

In prima trigeſimi ærei nummi parte effictum cernimus Mar-
XXX. chionis caput. A tergo hoc verbum characteribus græcis exaratum OLYMPOS.

Hæc vox OLYMPOS oſtenditur pariter in trigeſimo primo
XXXI. æreo pauculo argento mixto nummo; in quo ſuperius hæ ſiglæ F. II. M. in infima parte M.V. quæ ſic legi debent, *Fridericus ſecundus Marchio Mantuæ quintus*. In oppoſita Sancti Longini genuflexi imago Sacram Pixidem dextera ſuſtinentis: adeſt inſcriptio in circuitu SANGVINIS XPI; inferius S. LON. *Sanctus*
XXXII. *Longinus*. Hujuſce Sancti capite, et nomine ornatur pariter ſubſequens æreus nummus; in cujus poſtica conſpicitur Sacra Pixis cum ſolita inſcriptione.

In anteriori parte trigeſimi tertii argentei adſculptum intueor
XXXIII. Marchionis caput cum his notis FEDERICVS II. M. MAN. V. In poſteriori Sanctum Longinum ſtantem, dextra Sacram Pixidem, ſiniſtra lanceam ſuſtinentem, verbis in gyrum poſitis. HIC SAN. EXIVIT. D. LAT. XPI. *Hic Sanguis exivit de latere Chriſti*.

Sequitur trigeſimus quartus æreus ipſiuſmet Principis effigie
XXXIV. nomineque impreſſus; in cujus averſa parte eminet Sancta Catharina ſedens cum lemmate in margine SANGVINIS XPI. IHESV, inferius S. C. *Sancta Catharina*.

Non paucis Friderici nummis prætermiſſis Marchionis titulo conſcriptis, duos tantum, ne juſto longior ſim, argenteos dabo, eo

bo, eo tempore cuſos, quo Marchionatus in Ducatum fuit commutatus. Horum primus oſtendit Olympum montem, addita in limbo epigraphe FE. II. MANTV. DVX. I. *Fridericus ſecundus Mantuæ Dux primus.* A tergo Sanctæ Catharinæ effigiem cum litteris circum poſitis. SANCTA CATARINA. Fridericus paternæ emulator virtutis adeò militaribus ſtuduit rebus, ut duobus et viginti annis natus fuerit a Leone X. Eccleſiæ armorum Capitaneus Generalis renuntiatus. Plura ſub hoc Principe Mantuæ adverſa evenere; maxima ſcilicet annonæ caritas anno MDXXVI. ita ut tres unciæ panis uno Solido (1) venundarentur; et ſequenti anno dira lues, in qua duæ fermè partes populi interiere. Anno verò MDXXX. Carolus V. Romanorum Imperator Bononiâ Mantuam divertens, cum aliquot dies ibi conſediſſet, Fridericum Ducali dignitate inſignivit, quo titulo deinceps in nummis condecoratus eſt. XXXV.

Exhibet alter Friderici caput, circum quod hæ voces FE. DVX. MAN. ET MAR. MON. FER. *Fridericus Dux Mantuæ et Marchio Montis Ferrati.* In area adverſæ Olympum montem, ſuperius FIDES, ſubtus OLIMPOS. Fridericus in Ducem adſcitus, anno, qui inſecutus, Margaritam, ex Guilelmo Paleologo Montis Ferrati Marchione natam, ſibi in conjugem adjunxit. Verùm Joanne Georgio nuptæ Patruo, biennio poſt, nulla prole ſuperſtite, e vivis erepto, Monferratenſis Ditio uxoris jure Friderico obvenit; qui cum in nummo Montis Ferrati Marchio inſcribatur, hunc poſt adeptum Principatum obſignatum fuiſſe docemur; quod contigit, ut in Monferratenſibus nummis dicemus, anno MDXXXVI. XXXVI.

MASSÆ

(1) Mantuanorum Libra hoc anno, uti ex documentis excerpſimus, computabatur pro Obolis duodetr ginta Monetæ Ferrarienſis; ſive ſolidis hodiernis Venetis ſex, et quinquaginta; et ideò Solidus Mantuanus trium unciarum panis pretium, duobus Venetis ſolidis, et novem parvulis cum dimidio equipollebat. Hanc porrò Libram progrediente tempore longè fuiſſe imminutam comperimus: didicimus enim biennio poſt cum Obolis 27. et denariis 8. noſtræ monetæ fuiſſe commutaram = 1543: cum 25: 1 = 1589.: 19: 7 = et 1596: 17: 3 = Annis verò 1606: 1614: et 1620. ſtabat cum Obolis 15: 7 = 14 = et 13 et Annis 1626: 1632: 1643: valorem æquabat Obolorum 11: 9 = 10: 8 = 9: 10 = Anno verò 1659: Argentea moneta vulgo *Filippo* lege ſancitum, ut pro Libris duodecim, et tribus Solidis expenderetur; hodie verò penes Mantuanos pro Libris 23. computatur.

I

II

III

IV



V



VI



VII



VIII

IX

X



XI

XI



XII



XIII



XIV

XV



XVI

XVII



XVIII



XIX



XX



XXI

XXII



XXIII



XXIV



XXV



XXVI



XXVII



XXVIII



XXIX



XXX



XXXI

XXXI



XXXII



XXXIII



XXXIV



XXXV



XXXVI



MASSÆ LOMBARDORUM

PRimus ex infimo argento conflatus nummus oſtendit in area Aquilam expanſis alis, vetus nobiliſſimæ Eſtenſis Familiæ Inſigne, addita in limbo epigraphe FRANCISCVS ESTENSIS. In adverſa Crucem totam aream interſecantem cum litteris in circuitu MAR. MAS. LOMBAR. *Marchio Maſſæ Lombardorum* I.

Secundus argenteus nummus præfert in anteriori parte juvenilem Franciſci faciem, et nomen. In poſteriori Leonem, et inſcriptionem. SI NON VIRES ANIMVS. II.

In duobus ſequentibus argenteis nummis (1) exhibentur ſiglæ

(1) Hæc, et subſequens in ſcriniis amici mei Joannis Abbatis Brunacci Patavini rei antiquariæ ſtudioſiſſimi delitescebant; quos cum ipſe unà cum aureo ſub num. V. in quadam erudita Epiſtola Patavii typis edita anno MDCCLXIII evulgaſſet, nobis efflagitantibus perhumaniter conſtitit. Quocirca à Populo Maſſæ rem gratam facturi, eos iterùm recudendos, et publici juris facere, cenſuimus.

III. F. E. ejuſdem Principis nomen, et agnomen indicantes, cum hoc verbo in circuitu LOMBARDORVM ſubintellige *Marchio*
IV. *Maſſæ*. A tergo Aquila, et lemma NOBILITAS EST*enſis*, in quorum primo characteres ordine inverſo inſculpti ſunt

Effigiatam ab una parte quinti aurei nummi Aquilam aper-
V. tis alis cernimus, in cujus margine hæ notæ FRANC*iscus* ESTENS*is*. MARCHIO MASSÆ. Ex altero latere Crucem affabrè elaboratam, et epigraphen SPERABO, ET NON CONFVNDAR

Ejusdem Marchionis nomine, et imagine inſignitur antica ſex-
VI. ti argentei nummi grana 188. adpendentis; in cujus infima parte legitur MARCH*io* MASSÆ. Præfert poſtica duo Templa HONORIS ſcilicet, et VIRTVTIS Franciſci ſymbolum. In extremo nummi ad imum margine hæc verba PARI ANIMO

I



II



III

VI

V



VI

MEDIO

MEDIOLANI

PRimi duo argentei nummi ejusdem ponderis, ac magnitudinis perhibent in anterioribus partibus Sanctum Ambrosium Urbis Patronum in cathedra sedentem, elata dextera in actu benedicendi, sinistra virgam pastoralem sustinentem, cum ejus nomine in circuitu. In posterioribus Crucem, et epigraphen MEDIOLANVM. Hos, et æreum subsequentem a Mediolanensi Populo, vacante Imperio, cusos autumo: ab anno scilicet MCCXLV. quo in Lugdunensi Concilio Fridericus II. fuit exauctoratus, ad annum usque MCCLXXIII., quo Rodulphus fuit in Imperatorem renuntiatus. I. II. III.

Quartus æreus ostendit Crucem, et lemma LVDOVICus IMPerATOR. Totam occupat adversæ aream hæc vox MEDIOLANVM. Henrico funerato, cum Fridericus cognomento Pulcher Dux Austriæ, et Ludovicus Bavariæ Dux ab Electoribus inter se dissidentibus fuissent in Imperatores adsciti, grave deinde, atroxque bellum coortum, atque ad annum MCCCXXIII. variante hinc inde fortuna, continuatum: quo tempore, Friderico superato, tota Imperii summa penes Bavarum stetit. Hic Italiam ingressus, ubi Mediolanum devenit, Galeatio Vicecomite Urbis Domino, unà cum Joanne, Luchino, et Azone carceribus demandato, (quos tamen post aliquos menses liberos dimisit) cepit Mediolanenses res moderari, quo tempore nummus obsignatus est. Cæterùm Ludovicus in Apostolicam Sedem semper infensus, a Joanne XXII. dein a Clemente VI., cujus hortatu Carolus Bohemiæ Rex fuit ab Electoribus anno MCCCLXVI. Imperator consalutatus, anathemate percutitur, quo innodatus, apoplexia correptus, inter mortales esse desiit. IV.

In antica quinti ærei apparet Crux cum hac inscriptione AZO VICECOMES. In postica Urbis nomen MEDIOLANVM. Galeatio Vicecomite e Mediolanensi Principatu a Bavaro, ut superius innuimus, exturbato, Azo filius, grandi pecunia ei numerata, in paternum Dominatum Vicarii Imperialis titulo sub initium anni MCCCXXIX. immittitur; qui, ut erat magnis ausis promptus, non multò post, Cæsareo pulso Præsidio, toti Mediola- V.

diolanenſi ditioni ſummo cum imperio præfuit ad annum MC CCXXXIX. quo Lodriſius Vicecomes, ex fratre Magni Matthæi natus, ad Principatum aſpirans, Rhętorum comparato exercitu, in agrum Mediolanenſem deſcendit; collatiſque ſignis, Mediolanenſes acies undique pulſæ, trucidatæque, ipſeque ſupremus armorum Dux Luchinus Azonis Patruus interceptus. At ubi equitum turmæ ab Ludovico Sabaudiæ Principe auxilio miſſæ adfuere, victi, reaſſumptis viribus, ad novum prælium concurrunt, in quo, ut fertur, Divus Ambroſius equo inſidens cum ſcutica hoſtes fugare viſus eſt: nec mora, commutata fortuna, Rhæti partim cæſi, diſſipatique, partim capti, et in iis Lodriſius, qui in Arce Sancti Columbani unà cum filiis cuſtodiæ traditur. Azo, urbe reſtaurata, ædificiiſque aucta, Cremona, et Como ſuo adjectis imperio, nulla ex Catharina uxore Ludovici Sabaudiæ Principis filia relicta prole, eodem anno XIX. Kal. Septembris e medio abiit: cui Joannes Mediolani Archiepiſcopus, et Luchinus Patrui omnium Ordinum votis ſucceſſere. At Joanne ſacris tantùm rebus ſtudente, imperii cura ſoli Luchino demandatur; cui cum per decennium prefuiſſet, ex veneno, ſibi per uxorem propinato, exceſſit. Luchino ergo imperante, æreus, quem ſub num. VI. damus, nummus, ejus, et Urbis nominibus inſcriptus percuſſus eſt. VI.

Inter raros enumerandus ſeptimus argenteus, (1) cujus prima pars oſtendit Deiparę protomen, puerulum Jeſum in ulnis geſtantis, et pro lemmate Urbis nomen. In poſticę verò medio apparet Crux cum hac epigraphe in circuitu IOH*aneS*: VICECOMES. Spectat nummus ad Joannem Archiepiſcopum, qui poſt mortem fratris totius Mediolanenſis ditionis dominium ſuſcepit. Variis is bellis implicitus novarum Urbium aditione avitum Principatum adauxit, inter quas Bononia maximè recenſenda a Pepulis coempta, quam ad duodecim deinde annos in feudum a Pontifice reportavit. Verùm cum ad ejus refringendam VII.

(1) Quo ad numm raritatem adtinet, novimus Muratorium, et Argelatum nullum Joannis Archiepiſcopi Mediolani cuſum nummum evulgaſſe. Quinimo inter tot, tantoſque ab ipſis proditos, ne unus quidem inſpicitur Beatæ Virginis protome inſignitus: quæ quidem imago eximiam Archiepiſcopi in Dei Matrem venerationem ſuadere poteſt; in cujus honorem, uti ex Ripamontio rerum Mediolanenſium Scriptore delibavimus, Ædem ad Garignanum extruxit, aſſignataque in ejus cultum prædia vectigalibus exemit.

dam potentiam, quę in dies magis adaugebatur, nonnulli Italiæ Principes inſurrexiſſent, et ipſe, ad eorum retundendos conatus, valida arma comparaſſet, nactus febrim, imperio inter Matthęum, Bernabovem, et Galeatium ex Stephano fratre natos diviſo, anno MCCCLIV. III. Non. Octobris Inſulam cum gladio depoſuit.

Exiguus ſed ſummę raritatis ęreus ſubſequens pauculo argento mixtus nummus prętert Crucem litteris circumſcriptis DOMINUS VIII. BERNABOS. Poſticam occupat hęc vox IMPERIALIS (1) Matthæo biennio poſt fatis rapto, Bernabos, et Galeatius imperium tenuere, et huic functo anno MCCCLXXVIII. Joannes Galeatius filius ſucceſſit, inter quem, et Bernabovem patruum ſubjectarum Urbium Dominia partita ſunt. Cęterùm Bernabos turbidus admodum, ac ferus, turpiſſimiſque ſceleribus notatus, cum cędem Nepotis, qui Papię verſabatur, per inſidias tentaret, et ejus portionem invadere niteretur, Joannes Galeatius, ut tanto periculo ſe ſe eximeret, Patrui animum rara arte fefellit. Simulata enim anno MCCCLXXXV. ad Templum B. M. Virginis in Vareſii vico dicatum Voti cauſa peregrinatione, ubi Mediolanum advenit, Bernabovem ſibi paternaliter obviantem comprehendi, et in Arcem Tricianam duci juſſit, ibique ad mortem uſque cuſtodire curavit.

Nonus ex argento ſed impuro nummus oſtendit Crucem, et epigraphen COMES VIRTVTVM (2) *Dominus* MEDIOLANI. 3. IX. *C.* Averſę partis typum Sanctus Ambroſius facit, in cujus limbo hę voces *Sanctus* AMBROSIV*s* MEDIOLANI. Ad Joannem Galeatium

(1) Moneta hæc, etſi parva mole, maximam tamen eruditionem complectitur: etenim characteres in ea exarati *Imperialem* illius ævi eſſe indicant, quorum duodecim Solidum conſtituebant, et 240. *Imperialium* Libram. Conſtabat aureus Ducatus Venetus vulgò *Zecchino* Bernabovis temporibus ſolidis 33. ; quocircà habita proportione Auri ad Argentum, in ſolidis viginti 479. Argenti grana numerabantur, quæ hodie pro Obolis 89. et denariis tribus expenderentur. Hanc porrò Libram collabentibus annis ab enuntiata exiſtimatione declinaſſe comperimus: etenim annis 1403 = 1450 = 1474 = 1539 = cum obolis 58 : 2. cum dimidio = 45. 9 = 36. 2 = 26. conveniebat. Et anno 1602., quo tempore primùm argenteus nummus vulgò *Filippo* Mediolani fuit obſignatus, expendebatur pro Lib. quinque; qui tamen annis 1657 = 1672. = 1678. fuit cum L. b. 5. Sold. 6 = Lib. 6. Sold 10 = Lib. 7. commutatus; et hodie expenditur pro Li. 7. cum dimidio

(2) Joannes Galeatius, cum Iſabellam Ioannis Francorum Regis filiam conjugio ſibi ſociaſſet, et Dotis nomine Comitatum Virtutum reportaſſet, ab eo tempore *Comes Virtutum* cepit appellari. Deceſſit Iſabella anno MCCCLXXIV Valentina filia ſuperſtite, quæ fuit, ut inferiùs dicemus, Ludovico Turonis Duci deſponſata.

tium ſpectat nummus, qui, Patruo intercepto, ſolus cepit dominari. Hic bellicis rebus ſummoperè addictus, de hoſte ſæpius triumphavit, quamplurimaſque Italiæ Urbes ſuo adjecit imperio. Nec in armorum ſtudio, ea, quæ vigilem, ac bonum Principem decent, deſerens, nobile Chartuſianorum Monaſterium, pontem ſupra Ticinum, Papiæ arcem, aliaſque pluribus in locis extruxit. A Wincislao Imperatore anno MCCCXCV. Ducis titulo inſignitus, dum altiora meditabatur, in medio felicitatis curſu hominem exuit anno MCCCCII. Imperio, (1) inter Joanem Mariam, et Philippum Mariam ex Catharina ſecunda Uxore, Patrui Bernabovis filia procreatos, diviſo.

Decimus æreus pauculo argento mixtus nummus perhibet in an-
X. ticæ medio ſiglas DX. nempe *Dux*, et in ejus orbe hæc verba IOANES MARIA. In poſtica Crucem, et lemma DVX MEDIOLANI.

In undecimo ex eodem metallo compacto nummo (2) Vicecomitum ſtemma, circùm quod ejusdem Ducis nomen, exhibetur. A
XI. tergo Crux, et inſcriptio DVX MEDIOLANI 3. &. Joannes Maria tanta cum ſævitia in ſuos cepit moderari, ut nonnullæ ejus Principatus Urbes tam grave ſervitutis jugum excuſſerint. Hic ad quæcumque ſcelera promptus matrem veneno extinxit; fontes inſonteſque novis ſuppliciis enecavit, plurimoſque viros canibus humanis carnibus enutritis dilaniandos paſſim objecit. Omnibus ergo exoſus a Conjuratis, dum ad Sancti Gothardi Ædem Miſſam auditurus pergeret, XVII. Kal. Junii MCCCCXII. confoſſus eſt.

In duodecimo argenteo repræſentatur cataphractus vir equo
XII. inſidens, verbis in gyrum poſitis FILIPVS MARIA DVX MEDIOLANI. Oſtendit averſa pars Epiſcopi in ſella ſedentis ima-

ginem

(1) Moriens Joannes Galeatius, ne filii de Imperio inter ſe diſceptarent, ſuas unicuique eorum portiones teſtamento aſſignavit Joanni Mariæ maximo natu Mediolanum cum titulo Ducis, Angleriæ Comitatus, Bergomum, Comum, Brixia, Laus Pompeja, Cremona, Parma, Placentia, Bononia, Senæ, Perusia, Aſiſium obvenere. Comitatus Papiæ, Alexandria, Tordona, Novaria, Vercellæ, Caſalis, Valentia, Verona, Vicentia, Bellunum, Baſſanum in Philippi Mariæ ditionem ceſſere. Nec Gabrieli filio naturali ex Agnete Mantegaccia ſuſcepto, ſed legitimato dominium defuit, Piſis, et Crema ei aſſignatis.

(2) Hic nummulus vulgi ſermone *Biſsòlo* nuncupabatur, quorum tres duorum denariorum valorem æquabant, et duodeviginti Solidum conficiebant.

ginem flagellum dextra, ſiniſtra pedum gerentis, cum inſcriptione S. AMBROSIVS MEDIOLA*n*I.

Anguem, e cujus ore prodit infans, Vicecomitum antiquum Stemma, (1) in decimo tertio argenteo inſculpsit artifex, addita in circuitu epigraphe FILIPVS MARIA. In oppoſita Crucem, XIII. circum quam hæc verba DVX MEDIOLANI ℨ. ℭ.

Crux pariter, et Philippi nomen inſpiciuntur in anteriori decimi quarti argentei nummi fronte. In poſteriori verò Sanctus XIV. Ambroſius, et ejus nomen in limbo exaratum.

Tres ſubſequentes æreos nummos ad eundem Philippum pertinere, verba, quæ in marginibus leguntur, ſatis perhibent: ho- XV. rum duo primi Crucem ex una facie demonſtrant, ex altera XVI. pallium: alter verò habet in antica Vicecomitum Stemma, in XVII. poſtica ſiglam D. nempe *Dux*. Turpiſſimo æquè ac immani tyranno enecato, tota Mediolanenſis ditio ad Philippum Mariam fratrem, qui Papiæ Sedem fixerat, devenit. Is primi imperii diebus Beatricem Tendam defuncti Facini Uxorem ſibi deſponſavit, ut auro, viribuſque illius innixus Tyrannos e Mediolano aliiſque Ducatus Urbibus, ab iis, vivente fratre, occupatis, deturbaret: quod feliciter Carmaniolæ percelebris illius ævi armorum Ducis virtute peregit. Cæterùm Philippus inquieti ingenii Princeps, ac ſuperbia tumidus, cum Genuam aliaſque Urbes occupaſſet, et ad totius Italiæ imperium affectaret, gravia cum Italiæ Principibus, cum Florentinis, ac Venetis ſub egregiis Ducibus, et maximè Franciſco Sfortia, quem in Vicecomitum Familiam, et Generum cooptaverat, bella geſſit. Qui cum quinque et triginta annos in Principatu exegiſſet, Idibus Auguſti MCCCCXLVII. in humanis eſſe deſiit: ultimus de Vicecomitum ſtirpe, qui per duo fermè ſæcula Mediolanenſe imperium tenuere.

Elato Philippo Maria per duos et amplius annos Duces deſiere, quo tempore Mediolanenſis Populus in libertatem conſti-

(1) Inter cæteros, qui ex nobiliſſima Vicecomitum Familia prodiere, emicuit Otho ille ex Heriprando armis claro natus, qui ſeptem militum millium a Mediolanenſibus in bello ſacro ſupremus Dux conſtitutus in Paleſtinam perrexit; ibique inter cætera præclarè geſta, Saracenorum Ducem quemdam Volucem nomine, a quo fuerat ad ſingulare certamen evocatus, proſtravit, ſpoliavitque armis, et galea, in cujus ſummitate tortuoſa extabat Vipera excorticatum puerulum expanſis manibus evomens; quo ſerpente Vicecomites omnes pro Inſignibus deinceps uſi ſunt.

tutus, Reipublicæ inſtar vivens, ſuos nummos ſignavit, in quo-
XVIII. rum primo argenteo, quem hìc damus, inſculpta apparet Crux cum hiſce in circuitu characteribus COMVNITAS. MEDIOLANI. Habet poſtica Sancti Ambroſii ſedentis effigiem, et verba S. AMBROSIVs MEDIOLANI.

Ejuſdem Sancti imago inſpicitur pariter in æreo ſubſequenti.
XIX. Hunc quoque publica auctoritate percuſſum characteres nummi marginem ambientes ſatis edocent.

In area vigeſimi argentei nummi repræſentatur anguis pue-
XX. rum vorans Vicecomitum icon teſſeraria, in cujus limbo legitur FR. SF. DVX. MLI. AC. ʒ. ℭ. *Franciſcus Sfortia Dux Mediolani ac et cætera*. Poſtica præfert Sancti Ambroſii imaginem cum ejus nomine in circuitu. Franciscus Sfortia, audita Philippi Mariæ morte, Principatum a multis (1) petitum occupaturus, in Inſubriam infeſto agmine penetravit. Ticino, ac non paucis ejuſdem Ducatus Urbibus ſibi vindicatis, Venetiſque ad Caravagium memorabili clade profligatis, ſecunda fortuna uſus, in Mediolanum vim omnem belli convertit; civeſque fame preſſos in tantas anguſtias adegit, ut eos ad deditionem compulerit. Anno ergò MCCCCL. die XXVII. Februarii Urbem Franciſcus ovans ingreditur, concordibuſque omnium votis in Ducem electus eſt.

Ad eundem Franciſcum pertinere æreum ſubſequentem, docent
XXI. ſiglæ F. S. *Franciſcus Sfortia*, ex lateribus anguis inſculptæ. Verba, quæ in ejus marginibus exarata perpenduntur, hæc ſonant *Dux Mediolani Papiæ Angleriæque Comes Cremonæ* (2) *Dominus*. Franciſcus in Ducem adſcitus adeò ſumma cum æquitate, ac prudentia Principatum admminiſtravit, ut in ſui amorem ſubditorum corda rapuerit. Fregoſorum potentia, qui Genuenſium res ſumma cum tyrannide moderabantur, armorum vi fracta, Genuam anno MCCCCLXIV. ſui juris fecit; aliaque pręclara geſſit,

(1) Alphonſus Neapolis Rex hæres ex teſtamento factus, Carolus Aurelianenſis Comes ex Valentina legitima Joannis Galeatii filia natus, Franciſcus Sfortia jure Blanchæ Conjugis Philippi Mariæ filiæ nothæ ad Vicecomitis imperium aſpirabant. Veneti ex occaſione diſſidiorum ditionem ſibi aſſerere nitebantur, et Laudem Pompejam, ac Placentiam, Civibus annuentibus, occupaverant: ipſeque Mediolanenſis Populus Duces pertæſus, reaſſumptæ libertati viribus, opibuſque litare decreverat.

(2) Cremonæ Dominatum ſuſcepit Franciſcus anno MCCCCXLI. quo nuptias cum Blanca Maria Philippi Mariæ filia celebravit, Cremona, et Pontremulo ei Dotis nomine aſſignatis.

geſſit, de quibus illius ævi Scriptores(1) abundè diſſeruere. Verùm cùm hydrope laborare cepiſſet, tandem anno MCCCCLXVI. VIII. Idus Martii vitam poſuit.

In vigeſimo ſecundo argenteo exhibetur Galeatii Mariæ effigies cum hac epigraphe GALEAZ*ius* SF*ortia* VICECO*mes* DVX ME*dio*La*n*I. IV. 3. ℄. A tergo Sanctus Ambroſius equeſtris cum ſcutica in actu fugandi hoſtes, et inſcriptio S. AMBROSI*us*. Emortuo Franciſco Galeatius Maria natu maximus ſucceſſit. Hic in Imperii ſui exordio haud malum Principem egit; inde verò ad libidines totum ſe dedit, ſevitiæque non pauca exempla edidit. Facta in eum conſpiratione, in ſacra Divi Stephani Æde confoſſus eſt die XXVI. Decembris MCCCCLXXVI. XXII.

Sub eodem Galeatio hi duo ærei ſubſequentes nummi cusi ſunt, quorum unus oſtendit in primæ frontis area coronam, pendentibus hinc inde duobus paliis, et has voces in circuitu GZ. M. DVX MELI. V. *Galeatius Maria Dux Mediolani quintus*. Ex altera parte Crucem litteris circumpoſitis AC IANVE *Dominus* E*t* C*ætera*. Alter perhibet Vicecomitum Callidem cum circumducta inſcriptione G*aleaZius* MARIA SFO*rtia* VICECO*mes*. In area adversæ habentur Siglæ G. M. cum corona ſuperimpoſita, ideſt *Galeatius Maria*, et in gyro DVX MELI AC IANVE. D. 3. ℄. *Dux Mediolani ac Januæ Dominus et cætera*. XXIII. XXIV.

Vigeſimus quintus æreus nummulus genuina haud forma ab Argelato proditus præfert in uno latere anguem verbis in orbe poſitis IO. GZ. M. SF. VICO. DVX. MLI *Joannes Galeatius Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani*. In alio apparent ſiglæ I. G. ejuſdem Principis nomen indicantes cum epigraphe LV*dovico* PATRVO GVBe*r*NANTE. Joannes Galeatius poſt obitum Patris Dux renuntiatus, cum ob teneram ætatem tantam imperii molem ſuſtinere non poſſet, Mediolanenſium rerum curam ſub Bonæ matris tutela ſuſcepit. Verùm Ludovicus patruus cæca dominandi libidine percitus, nepotis tutela callida arte ſibi vindicata, cuncta ex placito cepit adminiſtrare, ac in tantas anguſtias Joannem Galeatium redegit, ut aliquandò alimentorum inopia XXV.

(1) Qui plura de hoc præclaro Principe ſcire deſiderat, adeat præcipuè *Simonettam*, qui uno Libro fuſius ejus geſta conſcripſit.

pia ipſe premeretur. Tot ergò infelix juvenis malis preſſus, lenta febre correptus, non ſine veneni ſuſpicione Papiæ vivere deſiit anno MCCCCXCIV. duobus filiis Francisco, et Bona, quos ex Iſabella Ferdinandi Neapolis Regis nepte ſibi connubio iuncta ſuſtulerat, ſuperſtitibus.

In antica vigeſimi ſexti argentei haud multum ab eo diſſimilis, quem dedit Muratorius ſub num. XLVIII. viſitur Ludovici
XXVI. Sfortiæ effigies, circum quam hæc verba LVDOVICVS M*aria* SF*ortia* ANGLVS DVX M*edio*L*an*I. In poſtica ſtemma cum corona ſuperimpoſita, ex qua exeunt rami olivæ, et palmæ; in lateribus titiones, e quorum ſingulis geminæ pendent ſitulæ, litteris per gyrum poſitis P. P. ANGLEQ 3. (1) CO. AC IANVE D. 3. *&. Papiæ Angleriæque Comes ac Januæ Dominus et cætera*. Ludovicus in nepotis locum a populo ſurrogatus Principatus confirmationem maxima nummorum vi a Maximiliano Imperatore reportavit: at non diù in eo egit; quinquennio enim poſt, ut dicemus in ſequenti nummo, a Ludovico Francorum Rege expulſus, et carceri demandatus, malè parti imperii pœnam luit.

Anteriorem vigeſimi ſeptimi argentei nummi (2) faciem oc-
XXVII. cupant Francorum Regum inſignia, cum vocibus in margine diſpoſitis LVDOVICVS D*ei* G*ratia* FRANCOR*um* REX. In poſteriori Sanctus Ambroſius occurrit cum ſcutica, et pedo. Hæc ibi epigraphe MEDIOLANI DVX. ET *&.*

Argenteus ſubſequens ejuſdem Ludovici nomen prefert, atque
XXVIII. in omnibus cum antecedenti convenit, dempta varia litterarum diſpoſitione, uti in ejus cælatura videri poteſt. Vigeſimus nonus
XXIX. argenteus ſub eodem Rege obſignatus, repræſentat ex una parte Anguem inter duo lilia, ex altera Coronam, duobus Paliis hinc inde pendentibus, cum iiſdem inſcriptionibus. Carolo VIII. Francorum

(1) Angleria vulgò *Anghiera* olim Civitas, nunc Oppidum ad Verbanum lacum ſitum, Vicecomitum Gentis prima ſedes fuit. Hoc a Wincislao Imperatore Joanni Galeatio Vicecomiti Mediolani Duci in Comitatum conceſſo, qui in Mediolanenſem Ducatum ſucceſſere Angleriæ Comites appellati.

(2) Quamquam huic ſimillimum exhibuerit Muratorius ſub num LIII. attamen typus noſter ab eo aliquantùm quidem differt: in illo enim verbum FRANCORUM integrum exaratum cernitur; in noſtro verò poſtremi duo characteres deſiderantur: item in Muratoriano inſculptus apparet Sanctus Ambroſius elata dextra ad benedicendum; in hoc verò ejusdem Sancti imago dextra flagellum ſuſtinentis.

corum Rege, nulla relicta prole, anno MCCCCXCVIII. extincto, Regnum ad Ludovicum Aurelianenſium Ducem delatum. Hic ad Mediolanenſis Ducatus Aviæ Valentinæ (1) jure ſibi debiti dominatum aſpirans, inito cum Pontifice, ac Venetis fœdere, poſtero anno cum optimo exercitu, cui Joannem Jacobum Trivultium ſpectatæ virtutis Ducem præfecerat, in agrum Mediolanenſem deſcendit, totaque ditione brevi potitus, maxima cum pompa pridie nonas Octobris Mediolanum ingreſſus eſt. At Maurus, qui tanto bello preſſus in Germaniam cum filiis, ac theſauris confugerat, multo cum Helvetiorum peditatu inſequenti anno in Italiam reverſus, Mediolanum, Novariam, totumque fermè Principatum paucis diebus ſumma felicitate ſibi ſubdidit. Quod ubi Regi, qui in Galliam ſe ſe receperat, delatum, inſtauratis viribus, in Ludovicum iterum movit; bellique tandem is finis fuit, ut Sfortia ab Helvetiis gallico auro delinitis in manus hoſtium traditus, Lugdunum captivus abduceretur, ibique intra Arcem incluſus, aliquot poſt annos, miſerabiliter extabuerit.

Sub Maximiliano Sfortia in Mediolani Ducem aſſumpto, duos ſequentes æreos nummos fuiſſe cuſos, ex characteribus in anterioribus eorum partibus conſcriptis manifeſtè evincitur. Crucem exhibent in poſticis ſub inſcriptione P. P. ANGLE. CO. 3. *Papiæ Angleriæque Comes et cetera*. Julius II. ſummus Pontifex cum Gallos tot victoriis tumidos ex Italiæ finibus propulſare niteretur, icto cum Maximiliano Imperatore, ac Venetis fœdere, Helvetiorumque non paucis Turmis mercede conductis, in ipſos inſurgit: qui cum ſe impares tantę moli cernerent, Italia turpiter relicta, trans Alpes rediere. Hæc inter Maximilianus Ludovici major natu filius, qui in Germania morabatur, in Italiam deſcendens, Mediolanum, Cæſare annuente, IV. Kal. Januarii MDXII. ingreſſus, Ducatus curam ſuſcepit; tenuitque ad annum XXX. XXXI.

(1) Nupſerat Valentina Ludovico Turronis Duci, et Valeſiæ Comiti; et in Dotalibus tabulis ea addita fuit conditio, ut ſi novæ nuptæ pater abſque filiis deceſſiſſet, qui ex Valentina naſcerentur, eorumque hæredes in Mediolanenſi Dominatu ſuccederent. Hìc abs re non erit Inſtrumenti verba referre, a Paſquino de Capellis Notario Cremonenſi exarati anno MCCCLXXXVII. die 29. Decembris = *Item eſt actum, et in pacto ſolemni ſtipulatione vallatum expreſsè deductum, quod in caſu quo prædictus D. Jo: Galeaz Vicecomes, Comes Virtutum, Dominus Mediolani deceſſerit ſine liberis maſculis de ſuo proprio corpore, et legitimo matrimonio procreatis, dicta Domina Valentina ſua nata ſuccedat, et ſuccedere debeat in ſolidum in toto Dominio ſuo præſenti, et futuro &c.*

num MDXV. quo, Ludovico, nulla virili prole relicta, fatis rapto, Franciſcus gener Engoliſmenſium Dux, cui jure Sanguinis Gallicum Regnum obvenerat, Mediolanenſem Ducatum repeturus, in Italiam breviori, ac ſatis aſpera via penetravit; deletiſque ad Melinianum Helvetiis, qui Sfortiæ partes tuebantur, ad oppugnandam Mediolanenſem Arcem arma convertit: qua re Maximilianus, qui intus erat, perculſus, Regi ſub certo fœdere ſe dedidit, ac in Galliam exul ſeceſſit.

Pro nummorum Sfortianæ Gentis coronide unum (1) Franciſci nomine inſcriptum dabimus, in cuius area exhibetur penicillum cum vitta circumvolitante, in qua expreſſum legitur MERITO ET TEMPORE. Præfert adverſa Vicecomitum ſtemma, cum circumducta epigraphe DVX MEDIOLANI 3. C. Franciſcus ex Ludovico Sfortia natus Leonis X., ac Caroli V. Imperatoris armis ſuffultus paternum aſcendit ſolium anno MDXXI. in quo cum per biennium ſediſſet, a Francis deturbatus, non multo poſt, bellicis rebus ſic permittentibus, reſtitutus eſt. Verùm diuturna felicitas haud fuit; etenim de proditione apud Imperatorem criminatus, totius fermè Ditionis jacturam ad annum uſque MDXXX. eſt paſſus; quo Carolus cognita ejus Cauſa, maxima pecuniæ vi pacta per annorum terminos ſolvendæ, in Principatu confirmatur. Nuptiis, quadriennio poſt, cum Chriſtierna ex Chriſtierno Daniæ Rege, et Caroli ſorore nata celebratis, poſtero anno, maximo cum ſubditorum mærore, mortem oppetiit; cui cum nulla proles ſuperſtes eſſet, Cæsar Mediolanenſem Ducatum ſuo adjecit imperio, et Philippo filio Hiſpaniarum Regi in Feudum conceſſit.

I



II



III

(1) Hunc protulit Argelatus ſub num. XLVI. ſed adeò ſibi diſſimilis adparet; ut illum iterum delineandum, incidendumque neceſſe judicaverim.

III

IV



V

VI.



VII

VIII



IX



X



XI

XII



XIII



XIV



XV

XVI



XVII



XVIII



XIX



XX



XXI



XXII

XXIII

XXIII



XXIV

XXV



XXVI



XXVII

XXVIII



XXIX



XXX



XXXI



XXXII



MIRANDULÆ

PRimus aureus nummus oſtendit in anteriori parte Joannis
I. Franciſci caput hiſce characteribus circumſeptum I. F. PICVS. MIRAND. D. C. C. *Joannes Franciſcus Picus Mirandulæ Dominus Concordiæque Comes.* In poſteriori Sancti Franciſci imaginem, addita in limbo epigraphe MIRACVLVM AMORIS.

In margine ſecundi ærei legitur Joannis Franciſci nomen, in
II. cujus medio Gentilitium ejus ſcutum apparet inſculptum. A tergo eminet Sancti Poſſidonii Urbis Patroni imago, litteris in gyrum poſitis S. POSIDONIVS. Nummi ad Joannem Franciſcum in Philoſophiæ ſtudiis celeberrimum in Mirandulanum ſolium a Julio II. ſummo Pontifice reſtitutum anno MDXI., referendi; in quo cum ad annum MDXXXIII. conſediſſet, Galeottus ejus nepos regnandi cupiditate illectus, idibus Octobris, Sicariorum collecto manipulo, ſub noctis ſilentium Urbis muris ſcalis ſuperatis, et aulam ingreſſus, Patruum ante Chriſti imaginem orantem trucidavit.

I II



MARCHIONUM MONTISFERRATI

ADerama extincta ſtirpe, quæ per plura ſæcula Montiſferratenſi Marchæ ſummo cum imperio adhæſerat, ad Paleologam gentem, uti Joannes Familiæ ultimus Teſtamento diſpoſuerat, Marchionatus jura devenere. Duxerat enim Andronicus II. Paleologus Græcorum Imperator Violantidem a Græcis Irenem dictam

ctam defuncti Joannis ſororem, quæ cum tres virilis ſexus enixa eſſet filios, penultimus natu Theodorus nomine fuit a Matre ſucceſſioni deſignatus. Is cum in Italiam anno MCCCVI. deſcendiſſet, Argentinam Opicini Spinulæ Genuenſis ſummæ auctoritatis Viri filiam in conjugem adſumpſit, ut Soceri opibus, viribuſque ſubnixus, non pauca ditionis ſuæ occupata loca ſibi vindicaret. Huic ergo Theodoro in Principatu confirmato, uti ex characterum forma coniicio, tribuendus eſt æreus primus, quem damus, nummus, in cujus medio has litteras intuemur THEO- I.
dorus, in limbo MARCHIO. In oppoſita hanc vocem MONTISFERATI. Deceſſit Theodorus anno MCCCXXXVIII. Joanne unico filio Principatus hærede relicto.

Sequitur alter æreus Theodori nomen, et inſignia ex una facie exhibens; ex altera Crucem, et hoc verbum MONTISFERATI. Nummus referendus ad Theodorum ex Joanne natum, II.
qui Monferratenſes res anno MCCCLXXXII. cepit moderari. Inito cum Joanna Roberti Barenſis Ducis filia anno MCCCXCIII. matrimonio, ex ea duos liberos ſuſtulit, Sophiam ſcilicet, et Joannem Jacobum in Principatu ſucceſſorem, qua poſt novennium functa, Margaretam (1) ex Ludovico Achajæ Principe natam ſequenti anno ſibi junxit. Crebra Theodorus cum Sabaudiæ Comitibus bella geſſit, et Genuenſibus in expellendis Gallis auxilio fuit; qui in præmium virtutis Urbis imperium ſibi traditum per biennium adminiſtravit. A Sigiſmundo Imperatore Vicarius Imperii anno MCCCCXIV. conſtitutus, quadriennio poſt inter mortales eſſe deſiit.

Hoc fermè tempore, uti ex characteribus dignoſcitur, tertius æreus nummus cuſus eſt, in quo ex una parte Sancti Theo- III.
dori protome conſpicitur cum epigraphe SANCTVS TEODORVS, ex altera Crux, circum quam hæc verba MONETA MONTISFERATI

Bonifacio ex Joanne Jacobo nato adſcribitur quartus argenteus, ad quem poſt Guilelmi fratris obitum Montisferratenſis IV.

(1) Hæc nullius prolis Mater, poſt exceſſum Mariti, mortalium rerum vanitatem edocta Albam ſe contulit; ibique in Monaſterio Sanctæ Mariæ Magdalenæ ſolemni Profeſſione edita, in admirandis virtutum actibus ad annum MCCCCLXIV. ſe exercuit; quo meritis plena migravit ad Dominum, et inter Beatas receuſita.

ditio jure ſucceſſionis delata anno MCCCCLXXXIII. Oſtendit hic Principis ſtemma, litteris hinc inde poſitis B. M. *Bonifatius Marchio*, et ejus nomen in circuitu. A tergo Crucem, in cujus angulis Lilia, et verba SUB TVVM PRESIDIVM. Exceſſit Bonifatius anno MCCCCXCI. duobus ſuperſtitibus filiis Guilelmo, et Joanne Georgio, quos ex Maria Georgii Epiri, et Macedoniæ Depoſiti filia ſuſceperat, ſibi Matrimonio juncta anno MCCCCLXXXV.

Idem Gentilitium ſcutum inſpicitur pariter in antica ſubſe-
V. quentis argentei, in cujus orbe hæ voces GVLIELMVS MAR*chio* MONTIS FER*rati*. In poſtica inſculpta apparet Crux lemmate circumſepta PRINC. VICA. P. P. SACRI. ROM. IMP. *Princeps Vicarius Perpetuus Sacri Romani Imperii*.

Ad eundem Guilelmum ſpectat ſextus æreus nummus, in cujus
VI. medio litteræ G V. Guilelmi nomen indicantes; in ambitu GVL*ielmus* MAR*chio* MONTFERA. In area adverſæ eminet Crux, in gyro hæc verba ADORAMVS ✠ TVAM. *Adoramus Crucem tuam*. Poſt elatum Bonifatium, Guilelmus ejus filius Monferratenſium rerum potitus eſt. Hic ſub Principatus initium a Philippo Sabaudiæ Duce bello petitus varias calamitates perpeſſus eſt. Rebus inde compoſitis, reliquum ſuæ vitæ in ſumma pace egit. Mortem obiit Guilelmus anno MDXVIII. Bonifatio filio Marchionatus hærede relicto; qui non adhuc maturus imperio, cum ſub tutela Annæ Matris prudentiſſimæ Fœminæ ad annum MDXXX. ſubditos gubernaſſet, inter venandum equo lapſus vivere deſiit. Hunc Joannes Georgius patruus, duos et quadraginta annos natus, excepit; qui, ut ſucceſſioni ſuæ conſuleret, Julia ex Ferdinando Neapolis Rege nata Ferrariæ degente, triennio poſt, ſibi deſponſata, vix integro menſe decurſo, ex hominum vita demigravit. Monferratenſis inde ditio ad Margaritam Bonifatii ſororem Friderico Mantuano Duci nuptam devenit; in cujus poſſeſſionem a Carolo V. Imperatore Dux fuit immiſſus anno MDXXXVI.

I



II



III

IV



V



VI



MVTINÆ

SVb Friderico ſecundo Imperatore, a quo jus Zecchæ Mutinenſes reportarunt anno MCCXXVI., bini hi argentei, quos primùm damus, nummi obſignati ſunt. In eorum anterioribus faciebus legitur Urbis nomen; in poſterioribus hi characteres perpenduntur F.D.C. *Fridericus* IMPERATOR. I. II.

Sequitur argenteus (1) perrarus, et ſingularis, in cujus area inſculpta apparet littera M. nempè *Moneta*, in orbe DE MVTINA

(1) Hic nummus illi ſimillimus, quem dedit Muratorius ſub num: III in noſtro tamen manifeſtè apparet litteram C. in verbo MARCHIO ab opifice fuiſſe prætermiſſam; ideòque uti diſpar meritò evulgandus.

III. TINA. In adverſa hæ voces AZO MARHIO, et in circuli ſummitate exigua aquila præſtantiſſimæ Eſtensis familiæ gentilitium ſcutum. Cùm noxioſiſſimæ ille Guelphorum, et Gibellinorum factiones poſt decimitertii ſæculi medietatem, ebullire, ac de imperio decertare cepiſſent: populuſque in duas partes ſciſſus partim Savignanis, et illis e Saxolo; partim Rangonis, et Boſchettis adhæreret, maximas ſanguinis effuſiones, calamitateſque Urbs perpeſſa eſt. Quam ob rem maturi annis Cives, convocato Concilio, Obizoni Eſtenſi ſpectatæ prudentiæ Principi, qui ea tempeſtate ſummo cum imperio Ferrariæ præerat, ut tot tantiſque tumultibus, cędibuſque finem imponeret, ſe ſe permiſerunt. Pacatis Civium animis, compoſitiſque urbanis rebus, cum ad annum MCCXCII. populos maxima cum humanitate gubernaſſet, e vivis eripitur, Azone filio ſuperſtite, qui a populo in Principatu confirmatus, cum a paternis veſtigiis aberraret, efferatèque Urbem regeret, Mutinenſes, Manfredino e Saxolo auctore, in Eſtenſis Præſidium ſunt auſi; ipſoque pulſo, in libertatem ſe ſe vindicarunt VII. Kal. Februarii MCCCVI. Azone ergo imperante nummus percutitur.

IV. Quartus argenteus fabuloſum Herculem cum Antheo luctantem in anteriori parte oſtendit, verbis in gyrum poſitis DIVO HERC*uli*. In poſteriori Sancti Geminiani Epiſcopi Urbis Patroni ſedentis imaginem, cum hac inſcriptione *Sanctus* GEMINIA*nus* MVT*inæ* PONT*ifex*. Mutinenſes in libertatem reſtituti, ea ne tum quidem diutius potiti ſunt. Tyrannidem enim cum eſſent nacti Bonacolſi, gens armis ſpectata, ſub eorum jugo ingemuere, donec per popularem ſeditionem Paſſerini præſidium urbe repulſum; quod contigit anno MCCCXXVII. Paruere dein Ludovico Bavaro, inde Joanni Bohemiæ Regi; demùm Manfredo Pio ſub cujus imperio ad annum MCCCXXXV. quievere, quo ab Obizonis Eſtenſis armis diutius fatigati, ſe ſe ſuamque Urbem; quibusdam datis, acceptiſque conditionibus, ei tradidere. Obizoni ſucceſſit Aldobrandinus natu maximus, et huic Nicolaus frater vitio cruris *il zoppo* nuncupatus: mox imperium tenuit Albertus, cui Nicolaus filius hujus nominis tertius, pace, et bello clarus, ſufficitur: eoque functo, ſumma rerum ad Leonellum, inde ad Borſium optimum ſemper Principem; atque ob ejus merita a Friderico Imperatore Mutinæ,

nę , ac Regii Ducis titulo inſignitum translata. Tandem Principatum cepit Hercules frater , ſub quo nummus obſignatus eſt.

In duobus ſequentibus nummis repręſentatur ex una parte ejusdem Sancti Epiſcopi ſedentis imago ; ex altera Urbis ſtemma , circum quod in argenteo hi characteres COMVNITATIS MVTINE : in ęreo argento mixto MVTINENSIS. V. VI.

I



II



III



IV



V



VI



NEAPOLIS ET SICILIÆ

PRimus æreus nummus exhibet in anteriori facie Crucem has circumſcriptas litteras interſecantem *Fridericus* IMPERATOR : ab altera exiguam imaginem effictam cernimus , cum his notis R. IER. ET SICL. *Rex Jeruſalem et Siciliæ* . Henricus Imperator I.

tor hujus nominis ſextus, Conſtantia Rogerii Regis filia ſibi deſponſata, utriuſque Siciliæ Regna uxorio nomine ſibi vindicavit; quibus cum ad annum MCXCVII. præfuiſſet, fato raptus Fridericum filium trimulum ſub Pontificis, et matris tutela ſucceſſorem reliquit. Hic, inſtante Innocentio III., ab Imperii Principibus contra Ottonem Imperatorem (qui armis in Pontificem, a quo fuerat coronatus, illatis, non paucas Eccleſiaſticæ Ditionis urbes occupaverat) Romanorum Rex renuntiatus; ab Honorio III. ejus ſucceſſore imperiali diademate cum Conſtantia uxore anno MCCXX. inſignitus eſt. Tanti porrò beneficii immemor acerrimus et ipſe Pontificum hoſtis factus Eccleſiæ jura diù deturbavit: qui ſæpius admonitus, cum in pejus prolaberetur, quinquies anathemate percutitur, ac in Lugdunenſi Concilio exauctoratur MCCXLV. Poſt hæc Fridericus irrita vi in Mediolanenſes movit; nec multùm inde totis viribus in Parmenſes converſis, cum octo ferme menſes in Urbis obſidione conſumpſiſſet, maxima ſuorum cęde aufugere compulſus eſt. Multis dein calamitatibus preſſus in Apuliam ſeceſſit; ibique nactus febrim, cum vitę ſuæ finem adſtare perſpexiſſet, peccatorum ſuorum expiatione chriſtiano ritu peracta, in Florentino Caſtellulo ex humanis eſſe deſiit idibus Decembris Anno MCCL. Imperii XXX. ætatis LVI. duodecim diebus minus; tribus ſuperſtitibus filiis Conrado ſcilicet, et Henrico legitimis, et Manfredo ex nobili Montisferrati Matrona ſuſcepto. Corpus Panormum delatum in Majori Eccleſia ſepulturæ datur.

In area ſecundi ærei nummi repræſentatur Aquila apertis alis
II. cum epigraphe MAYNFRIDVS. A tergo Crux hiſce vocibus circumſepta REX SICILIE.

Ejusdem Principis nomen legitur pariter in prima tertii ærei fronte. In adverſa viſitur Crux, in cujus angulis Stellę, cum lit-
III. teris circum exaratis REX SICILIE. Poſt elatum Fridericum Conradus ejus filius, qui in Germania morabatur, ad Regnum capeſſendum ſibi per teſtamentum aſſignatum valido cum exercitu in Italiam veniens, cum Neapolitanos rebellantes offendiſſet, Urbe longa obſidione, ac fame ad deditionem compulſa, in cives, ædificia, ac Urbis muros violenter deſæviit. Exuit inde hominem Conradus Neapoli anno MCCLIV. XII. Kal. Junii: Conradino filio duos tantum annos nato, qui in Suevia educabatur,

Regni

Regni hærede ſub tutore relicto. At Manfredus Conradi frater regnandi cupiditate illectus Conradini morte callida arte ſimulata, Procerumque animis ſibi devinctis, Rex utriuſque Regni ſalutatur MCCLVIII. Quod cum Urbanus VI tunc ſummus Pontifex ægrè ferret, Carolum Andegavenſem Sancti Ludovici Francorum Regis fratrem, utriuſque Siciliæ Regem ea conditione declaravit, ut Manfredum Eccleſiæ infenſum jam exauctoratum, ac diris execratum a Regno deturbaret. Carolus cum Beatrice uxore Romam veniens, Senatoria prius dignitate condecoratus in Regem utriuſque Siciliæ a Clemente IV., qui Urbano ſucceſſerat, unà cum Conjuge coronatur. VIII. idus Januarii. MCCLXVI. Nec multò poſt in Manfredum ad Beneventum conſedentem cum eſſet progreſſus, contractis die XXVI. Februarii armis, ſumma contentione per quatuor horas utrinque pugnatum, neutro inclinante victoria: ad extremum cum pro Carolo ſtare, et ſe a ſuis deſertum Manfredus cognoviſſet; ne incertæ ignominioſæque vitæ ſupereſſet, in denſatos hoſtes erumpens, ſuo, et alieno cruore oblitus interiit: poſt partam victoriam Carolus Neapolim ingreſſus ab utriuſque Regni Magnatibus Rex conſalutatus eſt.

Quartus aureus nummus 16. grana in pondere non excedens oſtendit in antica ſiglam K. nempe *Carolus*, et in orbe hæc verba KAROL*us* REX. In poſtica tria lilia, Regis ſtemma, et hanc vocem SICIL*iæ*. Carolus in Principatu confirmatus tertio Regni anno periculoſum bellum a Conradino Conradi filio paſſus eſt. Hic enim impotenti inſtructus conſilio, quartodecimo a morte Patris anno ex Germania in Italiam paternum Regnum repetiturus veniens, non ſuis tantum, ſed Italorum ſtipatus militibus ad Fucinum lacum caſtra locavit: cui obviam facto Carolo, collatis ſignis, X. Kal. Septembris. MCCLXVIII. ad arma ventum eſt. Ad tres horas acerrimè dimicatum ſæviente in Gallos fortuna, quorum pars ſaucii, aut cæſi, aut in fugam converſi: cùm Carolus ex inſidiis egreſſus, in Germanos ad cædes prædamque ſolutis ordinibus incumbentes, cum delectis non amplius quingentis equitibus tanto impetu erumpit, ut undique pulſi trucidatique ad fugam capeſſendam compellerentur; qua in fuga Conradinus interceptus, et ad Carolum tunc Neapoli agentem adductus, ejus juſſu non ſine infamiæ labe capite plexus IV.

eſt. Carolus poſtquam annos undeviginti fuerit rerum potitus VII. Idus Januarii anno MCCLXXXV. vivere deſiit, Carolo II. filio Regni hærede relicto.

Hi duo ſequentes nummi, argenteus unus, æreus alter ad Robertum Caroli II. filium ſpectant, qui poſt mortem Patris (1)
V. cepit dominari. In anteriori argentei fronte inſculptus apparet Rex in ſella, ſive ſupra geminos Leones inſidens, dextra ſceptrum, ſiniſtra globum cum cruce ſuſtinens, verbis in gyrum poſitis ROBERT. D. GRA. IER. SICILI. REX. *Robertus Dei Gratia Jeruſalem Siciliæ Rex*. In poſteriori Crux, circum quam hæc epigraphe HONOR REGIS IVDICIV*m* DILIG*it*. In antica ærei
VI. parte viſuntur Lilia cum raſtro, Francorum Regni inſigne, addita inſcriptione ROBERTVS DEI GRA*tia*. In poſtica Crux, in cujus margine e litteris corroſis quinque tantum ſuperſunt I ..... L. REX, quæ ita corrigendæ, et in hunc modum exponendæ ſunt. *Jeruſalem et Siciliæ Rex*. Robertus a Clemente V. ſummo Pontifice, a quo fuerat Avenione in Regem coronatus, Æmiliæ, totiuſque Eccleſiaſticæ Ditionis ad nutum Sedis Apoſtolicæ anno MCCCX. Rector deſignatus, ad Urbem noſtram regendam, tuendamque Præfectum, ac Guaſconum Præſidium immiſit. Cæterùm Ferrarienſes cum eorum latrocinia, tyrannidemque ad annum uſque MCCCXVII. ſuſtuliſſent, arma ſumpſerunt; factaque in Guaſcones irruptione, ſumma immanitate eos contrucidarunt, et qui a clade ſupererant reliquos carceribus demandarunt. Neapoli exceſſit Robertus XIV. Kal Februarii MCCCXLIII. cujus corpus maxima cum pompa ad Eccleſiam Sanctę Claræ, quam ipſe ſuis, et Sanctiæ uxoris impenſis conſtruxerat, delatum in candido marmoreo Sepulcro affabrè elaborato, a me viſo anno MDCCLX., tumulatur.

Septimus æreus exhibet lilia, et raſtrum cum inſcriptione IOHANNA DEI GRACIA. Poſtica præfert Crucem cum liliis in angulis, addita in limbo epigraphe IER*uſa*Lem ET SICI-
VII. LIE REGINA. Robertus cùm prole careret (Carolus enim filius anno MCCCXXVIII. obierat) Joannam ex Carolo filio natam, et ejus virum Andream Ludovici Ungariæ Regis fratrem Regni hæredes deſignavit. At Joanna, ut erat muliebri faſtu valde tu-

(1) Obiit Carolus anno MCCCIX. III. Non. Maii

de tumens, libidinibuſque ſummoperè addicta, maritum ſæpius thoro ablegatum, ac injuriis laceſſitum in Arce Averſana per ſuos complices ſuffocavit, novaſque nuptias cum Ludovico Tarentino Principe celebravit. Facti hujus indignitate commotus Ludovicus Ungariæ Rex, fratris necem ulturus maximo belli apparatu in Italiam deſcendit. Tanta copiarum mole Regina deterrita, vitæ ſuæ metuens, Carolo Dyrachii Duce ad Regni curam deſignato, ad Pontificem cum marito in Galliam ſe contulit; cui, cum pecuniæ inopia ipſa premeretur, Florenorum aureorum LXXX millibus ſibi numeratis, Avenionenſem Provinciam aſſignavit. Hæc inter Ludovicus abſque obice Neapolim ingreſſus, majorem Regni partem ſui juris fecit, arceſque ſuo milite firmavit, affectiſque ultimo ſupplicio ſontibus, ex inſperato in Pannoniam remigravit. Quod ubi Joanna intellexit, Claſſe decem inſtructa triremibus comparata, Neapolim navigavit, pulſoque ex omnibus locis Ungarico Præſidio, rerum iterum, plaudente populo, potita eſt. Verùm non multò poſt ob ſpretam Urbani VI. auctoritatem, in Neapolim, ſuadente Pontifice, nova arma ſub ductu Caroli Dyrachii Ducis antedicti Caroli jam functi filii Ludovicus contraxit; atque eò poſt varios belli caſus res deducta eſt, ut Regina a Carolo intercepta, atque ad Arcem Civitatis Provinciæ relegata, ejus juſſu ſequenti anno MCCCLXXXII. laqueo perierit.

In priori octavi argentei nummi parte exhibetur Aquila expanſis alis Siculi Regni ſtemma, cum hac inſcriptione FRIDERICVS *Dei* GRA*tia* REX SICILI*æ*. In poſtica ſtirpis Aragonenſis ſcutum, ad cujus latera bina M. conſpiciuntur, ſignum forſan monetam fuiſſe Meſſanæ obſignatam, litteris in gyrum poſitis AC ATENARV*m* NEOPATRI DVX. Pro cujus intelligentia altiùs repetenda res eſt. Cùm Galli luxuria, crudelitateque totam Inſulam compleviſſent, ut ab hocce intolerabili jugo Siculi ſe ſe eximerent, in eos anno MCCLXXXII., Joanne Procida auctore, et re prius cum Petro Aragoniæ Rege communicata, conſpirarunt. Ipſo ergo Paſchatis die ad preces veſpertinas, dante Campana ſignum, Gallos nihil tale opinantes in toto Regno ad unum trucidarunt: utque in univerſa Inſula Gallica ſtirps omnino deleretur, fœminas etiam Siculas eorum ſemine gravidatas neci dederunt. Hiſce actis Petrus Aragonius, qui Conſtan- VIII.

tiam Manfredi filiam matrimonio ſibi junxerat, in Regem Siciliæ ſalutatus Jacobum filium ſucceſſorem deſignavit; quo poſt undecimum imperii annum a Siculis axauctorato, Fridericum fratrem in Regem unxerunt. Pluribus hic bellis preſſus Petrum filium in Regni conſortem adſcivit; qui cum a morte Patris quinquennium rebus præfuiſſet, fato conceſſit anno MCCCXLII. Regnum inde ſuſcepit Aloyſius natu maximus, et hunc excepit triennio poſt Fridericus frater, cui *Simplex* ob ejus hebetudinem co-
IX. gnomentum fuit; ſub cujus imperio evulgatus nummus, ſicuti et ſubſequens ſub num. IX. obſignati ſunt.

Ex litteris quæ ſuperſunt in decimo nummulo ſatis digno-
X. ſcitur ad Alphonſum Aragoniæ, et Siciliæ Regem ſpectare; in eo enim ex una parte Aquila ſicula exhibetur, ex altera Aragoniæ ſcutum apparet inſculptum. Friderico, anno circiter MCCCLXVIII., fatis functo Maria unica ejus filia ſucceſſit, quæ ex Arce Catanenſi rapta, et in Hiſpaniam transvecta Martino Martini Ducis Albimontis filio, et Joannis Aragonum Regis nepoti deſponſatur. Maria abſque liberis e vivis ſublata, in Siculum Regnum maritus, dein ejus pater ſuperſtes iam in Aragonum Regem renuntiatus hæreditario jure ſucceſſit; cui cum per decem tantum menſes præfuiſſet, ad Ferdinandum Aragonum Regem, et hoc extincto, anno MCCCCXVI., ad Alphonſum filium devenit; in cujus obſequium nummus a Siculo populo cuſus eſt.

Habes ſub num. XI. aureum nummum ſcalpri elegantia, et conſervationis nitore præſtantem, cujus pondus grana 105. non
XI. exſuperat. Oſtendit hic in anteriori parte Regnorum ejuſdem Alphonſi inſignia hiſce vocibus circumſepta ALFONSVS D. G. R. ARAGON. SI. CI. VL. FA. *Alphonſus Dei Gratia Rex Aragonum Siciliæ citra ultra Pharum*. In oppoſita ipſum Alphonſum armatum cernimus currenti equo inſidentem, cum inſcriptione DNS. M. ADIVTOR ET EGO DESPI. INI. ME. *Dominus meus adjutor, et ego deſpiciam inimicos meos*. Ladislao Neapolis Rege extincto, anno MCCCCXIV., Joanna ejus ſoror Guilelmi Auſtriaci Vidua in Principatu ſucceſſit. Hæc novas nuptias quærens Jacobum Marchiæ Comitem, natione Gallum thoro ſibi junxit, ea inter ſe inita conditione, ut Tarentini tantùm Principis titulo contentus Regio abſtineret. At ubi Sponſus Neapolim advenit, a Populo Rex conclamatus cuncta ad arbitrium cepit dominari, ex-

tincto-

tinctoque Pandulfello ſpecioſo juvene a Regina turpiter adamato, ipſam quoque in captivæ morem, ac multis oneratam probris, in Arce nova Gallis cuſtodiendam tradidit. Quod cum Regni Primates, et maximè Ottinus Caraciolus, et Anichinus Mormiles ægrè ferrent, armis ſumptis, unà cum populo in Gallos irruere; quorum multi capti, alii in fugam acti, alii carceribus demandati. Ipſe quoque Jacobus in Uxoris poteſtatem delapſus, et, Martino V. inſtante, libertate donatus, cum nova in Regnum moliretur, ad patrios lares remeare adactus eſt; ubi religioſo habitu indutus reliquum vitæ ſuæ curſum in Monaſterio confecit. Poſt hæc Joanna, ut ſuis rebus conſuleret, Alphonſum Aragoniæ, et Siciliæ Regem in filium adoptavit; qui vaferrimæ Matris inſtabilitate perſpecta, ne ſibi illatum imperium adimeretur, maritimis prius Arcibus ſuo milite firmatis, in ipſam conſpiravit, ac Capuanum Caſtellum, quò ſe receperat, obſedit. At Regina ob Sfortiæ virtutem, quem in auxilium acciverat, tanto diſcrimine liberata, Alphonſi adoptione reciſa, Ludovicum Andegavenſem in ejus locum ſuffecit, et, hoc extincto, Renatum fratrem Regni hæredem ex teſtamento reliquit. Eam rem indignatus Aragonius, ut jus ſuum in Renatum, qui poſt exceſſum Joannæ (1) Neapolitanarum rerum regimen ſuſceperat, tueretur, majori qua potuit Copiarum multitudine in agrum Neapolitanum irrumpit, commiſſoque ad Cajetam navali prælio, a Liguribus cum Andegavenſi conſociatis ſuperatus, interceptuſque Mediolanum perducitur; ubi a Philippo Maria tunc Duce ſumma humanitate exceptus, ac poſt quinque menſes libertate donatus, pecuniiſque adjutus rurſus experiri ſortem ſtatuit, qua aſpirante VIII. Idus Junii MCCCCXLII. Neapoli aſtu potitus ſolus Principatum obtinuit; a quo tempore ejus Monetæ cum titulo Regis Siciliæ citra, et ultra Pharum conſcriptæ ſunt.

Sequuntur duo ejuſdem Principis argentei nummi, quorum anticæ partes in omnibus fermè conveniunt cum antecedenti. In poſticis verò ipſummet Regem in Trono Leonibus ſuffulto ſedentem cernimus, læva globum crucigerum, dextra ſceptrum ſuſtinentem, cum inſcriptionibus ut ſupra. Ambos porrò nummos a diverſa matrice prodiiſſe, alioſque eſſe ab iis ab celeberrimis XII. XIII.

(1) Joanna vivere deſiit menſe Februarii MCCCCXXXV.

XVI. mis Viris Paruta, Vergara, Muratorioque productis planè dignoſcitur En in decimo quarto argenteo ipſius Alphonſi caput corona redimitum cum epigraphe ALFONSVS *Dei* GRAT*ia* REX. A tergo Regis inſignia, et verba CICILIE CITRA ET VLTRA. Alphonſus poſt adeptum Principatum, inita cum Eugenio IV. ſocietate, Franciſcum Sfortiam in armis celebrem e totaMarchia exturbavit, et varia cum Florentinis, Venetis, ac Genuenſibus bella geſſit. Tandem cum Siculis, et Aragonenſibus rebus annos XLII. et Neapolitanis XVII. præfuiſſet, gloria ple-
XV. nus interiit V. Kal. Julii MCCCCLVIII.

In priori decimi quinti argentei (1) parte efficta fuit Regis Ferdinandi effigies radiatam coronam geſtantis cum his notis CORONATVS *Qui*A LEGITIME CERT*avi*. Poſtica præfert Crucem, et lemma FERDINANDVS D.G. R. SI. IER. VN. *Ferdinandus Dei Gratia Rex Siciliæ Jeruſalem Ungariæ*. Elato Alphonſo Ferdinandus filius naturalis ſucceſſit, regioque diademate poſtero anno Barlettæ inſignitus eſt. Quod cum nonnulli Regni Proceres ægrè paterentur, de expellendo Ferdinando conſilia inière, et Joannem Andegavenſem Renati Regis filium in opem evocarunt. Ea re excandeſcens Aragonius Rebelles ad Sarnum flumen conſedentes cum copiis adortus, conſertiſque Nonis Julii MCCCCLX. manibus, cum aliquandiù ſumma contentione fuiſſet dimicatum, Regii tandem ingenti ſunt ſtrage cæſi, et in fugam acti. Hac fatali pugna deterritus Ferdinandus, cum Neapolim ſe recepiſſet, et ſuas Reginæ conjugis arte acies reſtauraſſet, iterùm in hoſtes movit; levibuſque inde prœliis, nutante nunc huc, nunc illuc fortuna, ad biennium certatum: cum Rex tædio belli defatigatus novam tentaturus fortunam totis viribus hoſtes aggreditur. Ad Trojam ergò Apuliæ Urbem VI. Kal. Septembris MCCCCLXII. per ſex horas fit atrox utrinque certamen, quo, ſuperatis diſſipatiſque Rebellium turmis, Andegavenſis non multo poſt ad Ligures, unde venerat, aufugere adactus eſt. Rebus compoſitis, ſumma deinde pax per plures annos in Regno fuit. At cum Ferdinandus Neapolitanum populum novis vectigalibus vexaret, graviſſimum iterùm bellum, quod per quadriennium perdu-

(1) Hunc nummum jam publicavit Muratorius ſub num. VII: ſed quoniam noſter ab illo in quibusdam differt, hujuſce quoque delineationem in Studioſorum gratiam haud prætermittendam duximus.

perduravit, a Regni Primatibus paſſus eſt: quibus poſt varios belli caſus perdomitis, ſumma crudelitate, inhumanitateque conceptæ rebellionis pœnas ab ejs exegit. Stetit in Principatu ad annum uſque MCCCCXCIV., quo cum ei nuntiatum, Carolum Francorum Regem maximam armorum vim, ad Neapolitanum occupandum Regnum, comparare, tanto animi dolore perculſus eſt, ut in morbum inciderit, quo creſcente VII. Kal. Februarii Alphonſo, et Friderico filiis ſuperſtitibus, vitam poſuit.

In æreo poſtremo inſculptum apparet Friderici caput corona redimitum, circum quod hæc inſcriptio FEDERICVS. D. G. R. S. I. *Fridericus Dei Gratia Rex Siciliæ Jeruſalem*. A tergo eminet XVI. Crux ſub epigraphe SIT NOMEN *Domi*NI BEN*e*DI*ctum*; in exergo SMPE. Alphonſus natu maximus poſt mortem Patris inito Principatu cum cognoviſſet, Carolum VIII. Gallorum Regem cum tanto milite Neapolim adventare, poſtero anno X. Kal. Februarii, corona dimiſſa, et in Ferdinandum filium translata, in Siciliam cum pretioſioribus ſeceſſit, ibique anno nondum exacto vivere deſiit. Interea Carolus nullo obice (Ferdinandus enim in Iſchiam confugerat) die XX. Februarii MCCCCXCV. fauſtis acclamationibus Neapolim ingreſſus, duodecim dierum ſpatio totum fermè Regnum ſui juris fecit; quod diù tamen non tenuit. Etenim Ferdinandus, Claſſe ſub ductu Conſalvi a Ferdinando Catholico Hiſpaniarum Rege reportata, ea, qua Regnum Carolus facilitate acquiſierat, eodem anno recuperavit, et Gallum ad ſuos remeare coegit. Moritur inſequenti anno, qui fuit a Virginis partu MCCCCXCVI. Ferdinandus, eique Fridericus patruus, ſub cujus imperio nummus cuſus, ſubrogatur; qui quarto Regni anno a Ferdinando Catholico cum Ludovico Francorum Rege, qui emortuo Carolo ſucceſſerat, conſociato, Duce Conſalvo, exturbatus, in Galliam ad Regem confugit, a quo ſumma cum humanitate exceptus, Andegavenſi Ducatu cum triginta millium aureorum numuùm penſione donatus eſt.

I

II



III

III

IV

V

VI



VII

VIII



IX



X

XI



XII



XIII



XIV



XV



XVI



PAPIÆ

PRrimus argenteus nummus præfert in antica facie has voces HeNRICus AVGVSTVS. In poſticæ area legitur PAPIA CIvitas, in orbe INPERATOR. Nummum ex characterum forma ad Henricum hujus nominis IV. referendum conjicimus, qui cepit dominari anno MLVI., et poſt quinquaginta Regni annos ſceptrum cum vita depoſuit. I.

In ſecundo argenteo repreſentatur Anguis, litteris hinc inde diſpoſitis C. F. *Comes Franciſcus.* Inſcriptio CISCV. SFORTIA. VICE. quæ in nummi margine partim exeſo exarata legitur ſic ſuppleri poteſt FRANCISCVS SFORTIA VICECOMES. A tergo conſpicitur Crux adfabrè elaborata cum circumducta epigraphe COMES PAPIE AC CREMONE DomiNVS. Cùm Franciſcus Sfortia poſt obitum Philippi Mariæ ejus Soceri ad occupandum Mediolanenſem Ducatum deſcendiſſet, Ticinenſes rebus ſuis timentes ſe ſe ſuamque Urbem ei dediderunt anno MCCCLIX., Papiæque Comitem dixere. Eodem ergò anno in obſequium Franciſci nummus cuſus eſt. II.

Ad eundem Franciſcum ſpectat æreus ſubſequens nummulus,
III. cujus nomen in ejus prima fronte apparet inſculptum. Præfert altera Sancti Syri imaginem Urbis Patroni pectore tenus, et verba S. SIRVS PAPIE.

En quoque in quarto argenteo ejuſdem Sancti effigies elevata
VI. dextra in actu benedicendi, ſiniſtra Virgam paſtoralem ſuſtinentis, cum his vocibus in circuitu S. SIRVS PAPIE EPISCOP*us*. A tergo Vicecomitum teſſerarium ſcutum, et lemma FR*anciſcus Sforti*a DVX M*edio*L*a*nI ET C*etera* P*a*PI*æ*, ſubintellige *Comes*. Nummus a Ticinenſibus eo tempore obſignatus, quo Franciſcus fuerat in Mediolanenſium Ducem renuntiatus.

I



II



III



VI



PARMÆ

PRimus æreus nummus(1) oſtendit ex una parte Sancti Epiſ-
I. copi vultum, cum circumducta epigraphe S. ILARIVS. D. PARA. *Sanctus Hilarius de Parma*, ex altera Crucem; in circuli ſummitate anguem, et verba F. S. VICECOMES. *Franciſcus Sfor-*

(1) Hic nummus primo aſpectu multis forſan videbitur non diverſus ab eo, quem Muratorius ſub num. V et Dominicus Maria Mannius in Collectione Argelati *Tom.* 5. *pag.* 78. evulgavere. At Sancti icone, et epigraphe (in qua cęlatoris incuria littera *M* fuit prætermiſſa, cum ſcribi deberet PARMA) benè perpenſis, a diverſa matrice prodiſſe quis non viderit?

Sfortia Vicecomes. Parmenſes, cùm ſe poſt Philippi Marię Mediolani Ducis interitum in libertatem vindicaſſent, et ab Franciſci Sfortiæ armis Urbi, et toti Mediolanenſi ditioni inhiantis graviter premerentur; majori ſibi mala, ſi diutiùs obſtitiſſent, prævidentes, ei ſub honeſtis conditionibus ſe dedidere: in cujus, et ſuæ gentis fide ad annum uſque MDI. perſtiterunt, quo, Ludovico pulſo, ad Ludovicum Francorum Regem devenere.

In antica ſecundi argentei exhibetur Sanctus Hilarius in actu benedicendi, circum quem hi characteres SANCTVS ILARIVS II. EPS: in exergo binæ claves decuſſatæ. In poſtica Victoriæ protome effingitur cum lemmate CIVES SERVATI: In circuli ſummitate tempus, quo nummus fuit obſignatus, nempè anno 1522. inferiùs Urbis nomen PARMA. Cum Sfortianæ res Gallorum armis deformatæ Julii II. temporibus in pejus laberentur; inter Maximilianum ex Ludovico natum, et Pontificem ſanctione conventum, ut, ſi in paternam Ditionem reſtitueretur, Parma, et Placentia ſibi dimitterentur. Re ex voto ſucceſſa, Urbes ſub Eccleſiæ poteſtate eſſe cepere. Nummus ſub Adriano VI. cuſus in Pontificem adſcito V. Idus Januarii MDXXII.

Ejusdem Sancti Epiſcopi rurſus in tertio argenteo agnoſcitur imago cum ejus nomine in circuitu. Ab altera parte figura ſedens conſpicitur, dextera Victoriolam ſuſtinens, addita inſcriptione PARMA COLONIA ROMANOR*um*. Thuſcis, qui primùm Parmam condiderant, expulſis, a Gallis Boiis fuit occupata, et hiſce profligatis, ab Romanis Colonia deducta eſt anno ab Urbe condita DLXXIII. M. Æmilio Lepido, T. Æbutio Caro, L. Quinctio Criſpino Triumviris agro dando deſignatis. III.

In duobus ſubſequentibus æreis nummis eminet pariter ejuſdem ſancti effigies. Eorum autem adverſę partes inter ſe valde differunt: in una enim conſpicitur Crux cum hac inſcriptione PARMA ECCLESIAE RO*manæ:* In altera Urbis ſtemma, et IV. V. duę Claves invicem innexæ, circum quas hæc vox PARMA. Hæc vox PARMA totam occupat ſexti poſticam, in cujus antica eminet S. Hilarius cum ejus nomine in circuitu. VI.

Qui ultimo ſuccedit loco argenteus eſt, et perhibet Sancti Thomæ Urbis Compatroni imaginem. A tergo Aram ſuper quam flammarum globus cum epigraphe PARMEN*ſes* SERVAT*i*.

I



II



III



IV



V

VI



VII



PATAVII

PArmenſibus nummis publici juris factis, nunc Patavinos aggredimur, quorum unus tantùm nobis occurrit evulgandus. Eſt
I. hic æreus pauculo argento mixtus, perhibetque in primæ frontis margine hoc verbum CIVITAS, et in medio Stellam, quæ pariter

pariter in adverſæ area inſpicitur, addita in limbo epigraphe DE PADVA.

I

PERVSIÆ

JN hoc argenteo nnmmo repræſentatur Sancti Erculani Urbis Patroni imago, elevata dextra ad benedicendum, ſiniſtra pedum ſuſtinentis, verbis in gyrum poſitis S. ERCVLANVS. In margine adverſæ legitur DE PERVSI, in medio A. parvis cum ſtellis, ſuperiùs, ad latera, et inferiùs poſitis. I.

I



PISAVRI

PIſaurum antiqua (1) Piceni Urbs cum diù ſub Malateſtarum imperio extitiſſet, tandem ad Sfortianam Gentem devenit anno MCCCCXLV. Etenim Galeottus Malateſta Sigiſmundi nepotis ſuæ

(1) Antiquitatem hujus Urbis arguunt tum Piſaurenſes nummi characteribus græcis conſcripti, quos evulgavit eruditus Vir Annibal ex Abbatibus Oliveri de re antiquaria optimè meritus in libro cui titulus *Della fondazione di Peſaro &c.* tum effoſſa marmora, quæ a prælaudato Oliverio uno Volumine Piſauri typis dato anno MDCCXXXVIII. collecta, et notis illuſtrata, publicata ſunt.

ſuæ inhiantis portioni, calliditate perſpecta, ut improbum ejus animum eluderet, Piſaurum Franciſco Sfortiæ venundavit, ea quidem lege, ut Urbis regimen Alexandro fratri demandaretur (1); quo imperante æreus nummus ſub num I. cuſus eſt. Præfert
I. hic inſilientem Leonem anterioribus pedibus Cydonium pomum ſuſtinentem (Sfortianæ Familiæ gentilitium Scutum) circum quem nomen Principis ALEX*ander* SFORTIA. Crucem in adverſa oſtendit, et verba DOMINVS PISAVRI. Alexander ex Mutio Attendulo natus per veſtigia paternæ virtutis decurrens, egregii ſæpius Ducis famam adeptus eſt. Franciſco enim fratri in ſubigendis Mediolanenſibus auxilio fuit, fortemque operam in reprimendis illius agri Urbibus, et maximè in oppugnatione Placentiæ manu, et conſilio præſtitit. Nec minori virtute in Neapolitano bello, a Regni Magnatibus cum Joanne Andegavenſi ſentientibus in Ferdinandum Regem excitato, ſe geſſit. Profligatis enim ad Trojam Rebellium copiis, Urbes a Rege deſcitas ad obſequium redegit. Tot ergò aliiſque gloria dignis peractis Venetias petens anno MCCCCLXXIII. ubi ad Turrim foſſæ (2) pervenit, in illius loci caupona repentino morbo correptus. III. Non. Aprilis, hora noctis ſecunda vivere deſiit. Corpus Piſaurum delatum in Eccleſia Sancti Jacobi tumulatur.

Ad Conſtantium Alexandri filium ſpectat ſecundus æreus num-
II. mus, in cujus medio duo Dorcadis cornua ſimul colligata, Principis ſymbolum, exculpta perpenduntur, verbis in gyrum poſitis COSTANTIVS SF*ortia*. A tergo Crux, et verba DOMINVS PISAVR*i*.

Ex eodem metallo conflatus eſt tertius, in quo ex una parte
III. exhibetur nomen Principis CONSTANTIVS SFORTIA quatuor poſtre-

(1) Fertur Alexandri Conſtantiæ Petri Gentilis Varani Camertium Reguli filiæ amore vehementer capti matrimonio matrem obſtitiſſe; indecorum aſſerentem puellam ex Principe natam cum Viro Principatu carente nuptias celebrare. Quocircà ejus amores commiſeratus Fridericus Urbinas Franciſcum ad coemendum Piſaurum, et fratri ad regendum tradere ſollicitavit. Iniit ergò Principatum Alexander die XVI. Martii MCCCCXLV. et III. Idus Aprilis Conſtantiam ſibi conjugio ſociavit.

(2) Hic locus ab incolis *Torre della Foſſa* nuncupatus tribus millibus paſſibus ad meridiem Ferrariâ diſſidet, eſtque juris præſtantiſſimæ Varanę Familiæ; antiquum ejus ſplendorem hodie ſuſtinente Alphonſo maximæ eruditionis, ac nominis Equite, qui Tragica Poemata elegantiſſimo italico carmine decantavit, eaque typis evulgavit.

poſtremis litteris in area ad formam Crucis diſpoſitis. Ex altera Crux, et lemma DOMINVS PISAVRI.

Sequitur quartus argenteus, in cujus circuli ſummitate viſitur Conſtantii ſymbolum, ſubſequentibns vocibus CONSTAN*tius* SF*or-* IV. *tia* PISAVRI D*ominus*. In adverſa præter Præfecti monetalis notam eminet Sancti Terentii Urbis Patroni imago dextra palmam, ſiniſtra Urbis typum ſuſtinentis, cum hac inſcriptione S. TERENTIVS.

Siglæ C. SF. cum corona ſuperpoſita in quinti argentei area inſculptæ nomen, et cognomen antedicti Principis ſatis indicant: V. habet in margine hanc epigraphen CONSTAN*tius* SF*ortia* DE ARAGONIA. In altera facie oſtenditur Urbis forma cum his notis CIVITAS PISAVRI. Plurimùm fuit Civitas a Conſtantio aucta; utque a Piratarum incurſionibus magis tueretur, munitum Caſtellum propè muros ad Orientem faciundum curavit, ja- II. ctis fundamentis MCCCCLXXIV. IV. Non. Junii, deque ſuo nomine *Conſtantium* dixit. Nummum, poſt matrimonium cum Camilla illuſtri, ac erudita muliere materno ſanguine ex præclariſſima Aragoniorum coorta ſtirpe initum, cuſum facio, quo tempore fuit Conſtantius in Aragoniam familiam cooptatus. Nuptiis regio planè ſumptu, apparatuque inſtructis V. Kal. Junii MCCCCLXXV. non pauci Italię Principes, aliique nobilitate, et factis clariſſimi adfuere. Ibi equeſtres ludi, complurimaque ſpectacula, uti ex Narratione vernaculo ſermone Vicentiæ typis data colligere eſt.

In ſexto argenteo exhibetur Conſtantii Scutum teſſerarium, circum quod hæc inſcriptio CONSTAN. S. COTI. PISAV. D. AR- VI. MO. CA. *Conſtantius Sfortia Cotignolenſis Piſauri Dominus Armorum Capitaneus*. Effigiem intueor ex alio latere Deiparæ in Cathedra ſedentis, puerulum Jeſum in gremio complectentis, et haſce nummi oram ambientes litteras ORA PRO N*obis* PEC*catoribus*. Conſtantius litteris eruditus, et militari diſciplina ſummoperè excultus, cùm multum ob egregia facinora apud Italos Principes ſibi nominis peperiſſet, a Florentinis in Pontificios Aragonenſibns conſociatos Capitaneus renuntiatus eſt. Dein Mediolanenſi Duci adhærens, ob fortem contra Oddettum Fliſcum navatam operam, bellicæ rei Præfecturam promeruit, et Herculi Duci noſtro a Veneto Senatu anno MCCCCLXXXII. periculoſo

loſo bello petito præſtò fuit (1). A Venetis anno, qui inſecutus, in Armorum Capitaneus electus XIV. Kal. Sextilis vivere deſiit, et in Æde S. Jacobi ſepulcrum habuit. Non ei juſti liberi fuere, nothi autem duo, Joannes ſcilicet (2) et Conſtantius, e quibus major natu Joannes, adnitente ſummo Pontifice, Piſaurenſem ditionem ſuſcepit regendam: verùm cum pupillaris illius ætas tantarum rerum molem ſuſtinere non poſſet, iccircò ei in tutricem Camilla data eſt. Hęc ſingulari prudentia, et animi magnitudine clara, non pauca erga privignum integri amoris ſigna, ſummęque benevolentiæ exempla edidit; multùm enim pro Principatus incolumitate elaboravit, et ſæpius ſubditos tumultuantes feliciter repreſſit. At Joannes initio Philoſophiæ ſtudiis deditus cùm adoleviſſet ab optimis hujuſce ſcientiæ præceptis aberrans, et acceptorum beneficiorum gratias malè rependens, Camillam ea, qua pollebat auctoritate, exauctoratam Piſauro excedere coegit. Iis ergò imperantibus quatuor ſubſequentes argentei nummi cuſi ſunt; in quorum primo effulget Crux cum
VII. hiſce vocibus in margine exaratis CAMILA. 3. IO. S. P. D. *Camilla et Joannes Sfortia Piſauri Domini*. Poſtica cum eo con-
VIII. gruit, quem dedimus ſub num. IV. In area ſecundi hæ Siglæ conſpiciuntur CA. I. S. *Camilla Joannes Sfortia*; in limbo CAMILLA DE RAGONIA. 3. JO*annes Sfortia*. A tergo Urbis
IX. typus, et lemma CIVITAS PISAVRI. Tertius, ſi demas inſcriptiones, in omnibus convenit cum antecedenti. In area quar-
X. ti intueor Principum inſignia, et verba CHAMILLA 3. JO*annes* DOMINI PISAV*ri*. In averſa facie Deiparæ protomen infantem

(1) Hujus Principis adventus memoratur a Bernardino Zambotto Ferrarienſi in ſuo Diario M. S. penès me exiſtente; cujus verba ſubſcribere operæ pretium duxi = 1482. *Die Mercurii*. 11. *Decembris* = *Illuſtriſſimus Penſauri Princeps Dominus Conſtantius venit in hanc Civitatem, cui obviam iverunt Legatus Regis Aragonum, Legatus Ducis Mediolani, Legatus Florentinorum, et Legatus Marchionis Mantua, et Dominus Sigiſmundus Eſtenſis, Dominus Joannes Jacobus de Triultio Ductor Exercitus Ducis Mediolani, et Comes Petrus a Vermo Mediolanenſis, et Dominus Marcus Pius Princeps Carpi, qui hic caſtrametatur cum militibus ſuis; et ſic dictus Princeps Penſauri aſſociatus a prædictis Dominis, et multis aliis militibus, et Nobilibus noſtris fuit hoſpitatus in thalamis novis ſuperioribus juxta Sanctam Mariam in Curia verſus Viridarium Ducis noſtri. Hic Princeps Conſtantius habebat cum eo quinquaginta Baliſtarios equeſtres, et aliquos pedites, et eſt ætatis annorum* 35. *circiter* = Et ſanè quo ad Conſtantii ætatem non a vero abluſit Auctor; natus enim erat III. Non. Julii MCCCCXLVII.

(2) Natus eſt Joannes MCCCCLXVI. ex Flora de Bonis Piſaurenſi, quæ poſtea Joanni Brandolino fuit deſponſata.

ſantem Jeſum in ulnis ſuſtinentis, verbis in orbe poſitis ORA *Pro* N*obis* PECA*toribus*.

Undecimus argenteus perhibet in area ſiglas IO. S. nomen, et cognomen Principis indicantes cum inſcriptione in circuitu IOANNES SFORTIA PISAVRI *Dominus*. Ejus poſterior pars uti in nummo VIII. XI.

Qui duodecimo ſuccedit loco oſtendit Crucem, et in circuli ſummitate Urbis ſtemma ſubſequentibus vocibus IO*annes* SF*ortia* PISAVRI D*ominus*. Ab altera parte Sanctum Terentium ſtantem militari veſte indutum, dextra Urbis typum, ſiniſtra martyrii palmam ſuſtinentem, verbis in gyrum poſitis S. TERENTIVS. XII.

Decimum tertium argenteum Principis ſtemmate ornatum hæc ambit inſcriptio. IO. S. D. ARA. CO. COTI. PISAV. D. *Joannes Sfortia de Aragonia Comes Cotignolæ* (1) *Piſauri Dominus*. In ejus poſtica exhibetur Beatæ Mariæ Virginis imago, circùm quam hi characteres S. M. ORA PRO. N. *Sancta Maria Ora pro nobis*. Joannes poſtquam cum Noverca ſex regnaſſet annis, ſolus inde, ea per injuriam exturbata, imperavit ad annum MDI., quo a Valentino Alexandri VI. filio armis pulſus Venetias ſe ſe recepit. Cæterùm, elato Alexandro, attritiſque Borgianis rebus, Piſaurum reverſus ſummo cum Subditorum gaudio exceptus eſt. Tres habuit Uxores Joannes, Magdalenam Gonzagam ſcilicet, Lucretiam Borgiam, et Juniperam ex ſplendido Theupulorum ſanguine proditam; ex qua præter Aſcanium in vita patris functum, Conſtantium ſuſtulit die XXII. Februarii MDX.; quo anno, cùm Joannes VI. Kal. Auguſti deceſſiſſet, Conſtantius, cujus imaginem in decimo quarto æreo exculptam cernimus, Principatum ſub Galeatii Patrui tutela obtinuit; in quo cum vix duos annos ſtetiſſet, IV. Idus Sextilis e vivis abiit, et in Eccleſia (2) Sancti Jacobi ſepulturam accepit. XIII. XIV.

Poſt elatum Conſtantium Piſaurenſe Imperium a Julio II. in

(1) Cottignola agri Ferrarienſis Oppidum Mutio Attendulo (qui ob bellicas res fortiter geſtas Sfortiæ cognomen ſibi, et ſuæ deinceps Familiæ fecit) ob ſtipendia ei ab Eccleſia debita, data fuit in Feudum, et ſuis Succeſſoribus, anno MCCCCXI.

(2) Hanc Franciſcus Maria Roboreus ſucceſſor, ut novas Urbi munitiones pararet, ſolo æquavit; quo tempore Sfortianæ Gentis oſſa ad Eccleſiam Monialium Sanctæ Mariæ Magdalenæ delata ſunt, ibique adhùc requieſcunt.

Franciſcum Roboreum Urbini Ducem translatum eſt; cujus gentilitium ſcutum in antica decimi quinti argentei nummi apparet,
XV. inſculptum hiſce vocibus in ora exaratis FRAN. MA. VRBINI DVX P. DO. *Franciſcus Maria Urbini Dux Piſauri Dominus*. In poſtica Præſepe, in quo puerulus Jeſus a Virgine Matre in genua procumbente adoratur.

Gentilitium Mediceæ familię ſcutum in decimo ſexto ęreo perhibetur, hiſce vocibus in gyrum poſitis LAV. MED. VRB. DVX
XVI. D. PI. *Laurentius Medices Urbini Dux Dominus Piſauri*. A tergo nihil aliud quàm Urbis nomen PISAVR*um*. Leo Decimus varias prætexens cauſas, Roboreo e Principatu exturbato anno MDXVI., occupatam ditionem Laurentio Nepoti unà cum Ducatus inſignibus Fiduciario jure eodem anno conceſſit; cui cùm per triennium præfuiſſet, aliquo ex intermediis annis illis nummum obſignatum cenſendum.

In Leonis X. cultum æreum, quem ultimo loco damus, nummum a Piſaurenſi populo fuiſſe cuſum, inſcriptio, et ſtemma per-
XVII. hibent; cujus averſa pars in omnibus convenit cum antecedenti. Poſt exceſſum Laurentii Urbinates, et Piſaurenſes res ſub Leonis imperio ad ejus uſque obitum ſtetere; quo tempore Franciſcus Maria, qui penès Levirum Mantuæ cum tota familia verſabatur, ſubitariis coactis copiis, citato gradu in Urbinatem agrum perrexit, totamque ditionem ea facilitate, qua amiſerat, recuperavit.

I



II



III



IV



V.

V



VI



VII



VIII



IX



X



XI



XII



XXIII



XXIV



XXV



XXVI



XVII



PISARUM

I. IN anteriori primi argentei nummi facie repræsentatur Virginis Mariæ sedentis effigies puerulum Jesum in ulnis sustinentis, ad cujus latus falcata luna, Monetarii forsan signum, cum hisce vocibus in circuitu *Pro*TEGE VIRGO PISAS. In adversa conspicitur Aquila expansis alis, circùm quam hæc inscriptio FEDERIC*us* IMPERATOR; a quo facultas cudendi monetas Pisanis data, sive confirmata anno MCLXIII.

II. Secundus argenteus in omnibus cohæret cum antecedenti, dempto signo ad Virginis latus insculpto.

III. Tertius ex eodem metallo compactus ostendit Deiparæ peculiaris Urbis Patronæ imaginem pectore tenus, verbis in gyrum positis *Sancta* MAR*ia De* PISIS. In area adversæ habetur F. Fri*dericus*, in limbo IMPERATOR

IV. Eadem Virginis imagine ornatur subsequens nummus ac superior, et adeò similis est, ut uterque ex eadem matrice proditus videatur; at si accuratiùs nummos perpenderis, in eo stellam ad Virginis latus inspicies, quæ in hocce desideratur. Antequam porrò calamum a manu removeamus, placuit nobis præclara Pisanorum gesta, toleratasque ab iis tyrannides calamitatesque

teſque in pauca congerere. Piſanos priſcis temporibus adeò opibus, ac potentia claruiſſe, ut ad Bellum Sacrum anno MIC. centum et viginti naves omni armorum genere inſtructiſſimas ſuis ſumptibus comparaverint ; Sardiniam, Muſetto expulſo, ſuo adjecerint imperio ; quamplurimaſque de Siculis, ac Saracenis victorias reportaverint, tritum eſt apud Hiſtoricos. At cùm civiles diſcordiæ ebullire cepiſſent, et cives in cives deſævientes partim Raſpantibus, partim Bergolinis adhęrerent, a priſtina potentia paulatim declinarunt, et ſæpius iniquum martem experti ſunt. Inter cæteras clades illa maximè memoranda anno MCCLXXXIV. ad Meloram fuit : ibi enim VIII. Idus Auguſti navali prælio cum Genuenſibus conſerto, cùm diù anceps pependiſſet eventus, tandem ad hoſtes victoria conceſſit. Ad novem millia Piſanorum intercepti : octo et viginti triremes in victorum poteſtatem devenere. Fatali hac pugna Piſani deterriti Comitem Ugolinum in bellicis rebus edoctum ad firmitatem imperii evocarunt, eique Piſanas res ad decennium aſſignarunt. Verùm cùm Tyranni more viveret, et plura iniqua perpetraret, populus exaſperatus in ipſum inſurgit ; qui cùm aliquantum in irrumpentes cùm ſuis ſtetiſſet, ſuperatus tandem, et interceptus, carceribus demandatus fame periit. Exacto Tyranno, haud ita diuturna Piſanis quies fuit ; etenim Florentinorum, Genuenſium, ac Lucenſium armis undique circumventi, cùm impares ſe tantæ moli cernerent, Guidonis Feltrii Urbini Reguli voluntati ad tres annos ſe ſe permiſere ; quibus ſumma cum laude exactis, finitimiſque Populis cum Piſanis conciliatis, ad patrios fines reverſus eſt. Piſanæ deinde res Henrico Imperatore auſpice quievere ; eo autem functo, anno MCCCXIII., ne laberentur, ad eas tuendas Uguccio Phaſeolus vir fortis in Capitaneum renuntiatus eſt. Is, Luca ſibi armis vindicata, et Florentinis ad Montecatinum deletis, ob proſperè geſta faſtu tumens, cùm acerbè dominaretur ſubditorum odium in ſe concitavit. Etenim tertio Principatus anno cùm III. Nonas Aprilis Lucam ad ſedandum tumultus in filium exortos acceſſiſſet, Piſanus Populus veniſſe tempus excutiendi jugum ratus in Uguccionis ædes irrumpit, cuncta diripit, ac in familiam crudeliter animadvertit. Hiſce actis Urbis imperium Gherardo *della Ghirardeſca* demandatur, et huic functo, anno MCCCXX. Rainerius patruus ſufficitur, qui cùm ſe inviſum ob ſuam tyrannidem

nidem ſubditis reddidiſſet, ter ad necem quæſitus, detectis inſidiis, de ſontibus ſupplicium ſumpſit. Hæc inter Ludovicus Bavarus Italiam ingreſſus cùm Piſis conſediſſet, ejus imperata Cives fecere; dein Caſtruccio de Interminellis Lucę Toparchæ paruere; quo functo, libertatem, quam ſemper optaverant, conſecuti ſunt. Duravit hic ſtatus ad annum MCCCLXIV., quo, maxima clade a Florentinis accepta, Joannem Agnellum potentiæ cupidum, Bernabovem Vicecomitem rogatum opem, miſerunt, reportatiſque triginta Florenorum aureorum millibus, fidelitatis legibus protritis, ad Patrię tyrannidem ſibi comparandam ea pecunia vafer uſus eſt; qui cùm, quadriennio poſt, ad Carolum Imperatorem Lucæ degentem ſe contuliſſet, et caſu quodam coxam fregiſſet, ubi primùm rumor Piſas delatus, Populares Agnellum exactum rati, tumultu excitato, libertatis nomen inclamant, et filios, qui ad compeſcendas turbas accurrerant, aliò abire compellunt. Reaſſumpta libertate Petrus Gambacurta ſummæ apud multitudinem gratiæ ſequenti anno in Capitaneum electus, cùm ad annum MCCCXCII. Urbem placidiſſimè gubernaſſet, a Jacobo Appiano cum filio ſublatus eſt. Sexennium hic tenuit tyrannidem, eique functo Gherardus filius ſucceſſit; qui cùm in male parto Principatu diù ſe hærere poſſe diſſideret, Joanni Galeatio Mediolani Duci, CC. Florenorum aureorum millibus acceptis, Urbem tradidit. Quieta ſub Vicecomite omnia Piſis fuere ad annum MCCCCII., quo ex humanis erepto, Urbs ad Gabrielem Mariam ex contubernio natum hæreditario jure devenit; cui cùm per triennium præfuiſſet, pretio, quo a Patre coempta, Florentinis ceſſit, quorum præſidium a Piſanis expulſum eſt. Ea re excandeſcentes Florentini armis ad retundendam Rebellium audaciam comparatis, Piſano agro populato, cùm ſe ad circumvallandam Urbem annonæ caritate laborantem IV. Non. Martii contuliſſent, in tantas angustias Cives adegere, ut quamplurimi fame perierint: cùmque in dies gravius urgeret, Joannes Gambacurta, cujus juſſu, arbitrioque cuncta gerebantur, ut Piſanorum, et maximè ſuis rebus conſuleret, quinquaginta Florenorum aureorum millibus ſibi numeratis, VI. Idus Octobris, inſcio populo, Urbem in Florentinorum manus immiſit; ſtetitque ad Caroli VIII. Francorum Regis in Italiam uſque adventum; quo auſpice, Florentinorum iterum excuſſo jugo, ſe in libertatem aſſeruit,

ruit, quod contigit. V. Idus Novembris MCCCCXCIV. At Rege in Gallias regreſſo, Florentini rebellionem ulturi in Piſanos Mediolanenſium, ac Venetorum maximè auxiliis fultos infeſto agmine contendunt; cùmque Urbis oppugnationem perperam ad tres annos tentaſſent, ad extinguendum incendium Hercules Ferrariæ Dux tamquam arbiter electus eſt; qui cùm Florentinis Urbem adjudicaſſet, et ejus judicio Piſanus populus parere renuiſſet, bellum renovatum, quo nec majus ullum, nec gravius diuturniuſque a Piſanis geſtum. Ad decem annos ſumma cum pertinacia continuatum, variante hinc inde fortuna. Tandem cùm graviſſima fame premerentur, viæque omnes terra, marique ad comportandum commeatus intercluſæ ab hoſtibus forent VI. Idus Junii MDIX. ſe ſe dedidere, honeſtis tamen pactis conditionibus, optima fide a Florentinis ſervatis, ſub quorum imperio ſtetere, donec et ipſi in Mediceorum poteſtatem devenerint.

I



II



III



IV



PLACENTIÆ

PRimus, quem damus, æreus nummus haud multum diſpar eſt ab eo a Muratorio evulgato ſub Num. III. In ejus limbo I. hæc verba perpenduntur JOH.A.N.E.S. DE VIGNATE; in area verò

verò ſiglæ, ut autumo, P. D. Longobardicis excalptæ characteribus; nempè *Placentiæ Dominus*. Poſticæ verò inſcriptio cùm integrè legi non poſſit, eas tantùm, quæ comparent, litteras adnotabimus, ſuntque LAVDE.... PLAC.... Joannes Laudenſis, Patriæ imperio anno MCCCCIII. ſibi vindicato, Placentiam quoque auro coemptam ſeptennio poſt ſui juris fecit. Gravibus inde inter ipſum, et Philippum Mariam Mediolani Ducem ſubortis rixis, ſimultatibuſque, cùm de conditionibus pacis ageretur, Joannes, conſiliis amicorum neglectis, Mediolanum anno MCCCCXVI. profectus, a Vicecomite contra datam fidem intercipitur, ac Papiam abducitur; ibique in lignea cavea concluſus, contumelioſam ſibi mortem metuens, capite ad ejuſdem caveæ trabes alliſo, V. Kal. Sept. vivere deſiit.

In anteriori ſecundi aurei (1) nummi parte egregiè delineatum
II. conſpicitur Adriani ſummi Pontificis caput cum hac inſcriptione ADRIANVS. VI. PONT*ifex* MAX*imus* ET *Dominus* ſubintelli-ge P*lacentiæ*. Totam occupat poſterioris aream hæc vox PLA-CEN-

(1) Hujus aurei nummi, et ſubſequentis non meminit Scilla. Nec alienum cenſuimus aureos quinque ab ipſo prætermiſſos in noſtris Scriniis delitescentes in publicum referre, ut unicuique, qui in Monetarum Pontificium ſtudio verſatus ſit, aut eas ſibi evulgare propoſuerit, genuinos illorum typos liceat intueri.



CENTIA. verbis in orbe positis ROMANOR*um* COLONIA ECCLE*siæ* REDA*cta*. Romani, devictis Gallis, ex Decreto Senatus sex hominum millia novi Coloni ad cohibendos illorum conatus, qui eam Galliæ partem tuebantur, Placentiam deducti sunt, anno ab Urbe condita DXXXV., Ti. Sempronio, et P. Cornelio Consulibus. Hæc porrò Civitas, uti in Parmensibus nummis innuimus, in potestatem Ecclesiæ delata anno MDXII. sub ejus quievit imperio ad MDXVI.; quo Franciscus Francorum Rex, Mediolanensi Ducatu occupato, Placentiam, et Parmam, bellicis rebus sic permittentibus, sui juris fecit. Verùm quinquennio post a Leonis tunc Pontificis armis Cæsareis consociatis, Gallis tota fermè Mediolanensi Ditione pulsis, Placentia Ecclesiæ, ut utar verbis in moneta exaratis, redacta est. Quo nuncio accepto Leo paucos post dies interiit; eique Successor datus Adrianus, sub quo nummus signatus

Tertius æreus pauculo argento mixtus perhibet ejusdem Pontificis stemma cum ejus nomine in circuitu. A tergo Crux elegantter efformata, et lemma PLACENTIA GRATA. III.

Ad eandem Urbem pertinet quartus æreus iis temporibus, ut reor, cusus; in cujus prima fronte binæ claves in decussim trajectæ, et verba CVSTODIA PLACENTIE. In posticæ area Lupa Urbis insigne, cui supereminet Tiara Pontificia, verbis in limbo exaratis, AD. PATRIAM REDII.; CVSTODIA PLACENTIE legitur pariter in æreo quinto, Lupam ex una parte, ex altera Claves, et Umbellam exhibente. IV. V.

I



II



III



IV



V



RAVENNÆ

BIni argentei parum inter ſe diſſimiles, quos hìc primùm damus, nummi, iis temporibus a Ravennati monetali officina prodiere, quibus penès Archiepiſcopos vigebat facultas ſignandi monetas (1); quo autem ſub Præſule percuſſio contigerit, non eſt
I. facile aſſerere. Illud autem pro certo habendum, ante ſæculum XIV. eveniſſe, uti ex characterum forma, et maximè ex S. inclinato evincitur, qui ſcribendi modus, ut quamplures illius ævi nummi

(1) Ante milleſimum Ravennates Archiepiſcopos jure Zecchæ fuiſſe donatos eruitur maximè ex Privilegio Ottonis III. Imperatoris enuntiato in Diplomate ab Ottone IV. Ubaldo tunc Archiepiſcopo dato anno MCCIX, et ab Ughellio relato *Tom. 2. Ital. Sacr. pag.* 374. Complurima alia ad Ravennatem Monetam pertinentia Documenta a Rubeo rerum Ravennatium ſcriptore, et ab Joſepho Abbate Pintio, qui Ravennates nummos in lucem edidit, eruditiſque notis illuſtravit, didicimus. Ex hoc enim excerpſimus Aureum Florenum anno MCCCXVI. cum duabus Ravennatibus Libris ſtetiſſe, ac per conſequens Libram tunc temporis noſtros hodiernos Obolos vulgo *Bajocchi* duos et ſeptuaginta, et undecim denarios æquaſſe. Demonſtravimus enim in noſtra Diſſertatione, in qua egimus *de Marchiſinorum Libra valore*, Florenum eo tempore cum 782. granis argenti fuiſſe commutatum; quorum dimidia pars nempe grana 391. ſingulis Ravennatibus Libris conveniebat, quæ pro enuntiato a nobis valore expenderentur. Hancce porrò Libram poſt duorum et viginti annorum curſum fuiſſe imminutam, ex alio Documento deprompſimus. Invenimus enim anno MCCCXXXVIII. ipſummet Florenum pro Libris duabus et decem ſolidis fuiſſe taxatum; et ideo ſingulas Libras ex granis 312 argenti compactas, cujus valor Obolos quinquaginta octo, et denarios duos non excederet.

nummi nos edocent, fuit XIII. antiquatus. Exhibent hi in anterioribus faciebus has litteras partim in margine, partim in II.
area conſcriptas ARCIEPISCOPVS. In adverſis verò præter Crucem Urbis nomen. DE RAVENA.

Cùm Nicolaus Cardinalis Fliſcus Anno MDXVI. in Ravennatem Archiepiſcopum fuiſſet a Leone X. renuntiatus, et anno, qui inſequutus, omnium Privilegiorum ab Imperatoribus, Regibus, ac Pontificibus Eccleſiæ Ravennati indultorum ab eo confirmationem, et maximè jus Monetæ reportaſſet, argenteos (1) æreoſque nummos fecit obſignare; inter quos recenſendus æreus noſter, qui tertio ſuccedit loco; in cujus antica parte vi- III.
ſitur ejuſdem Archiepiſcopi gentilitium ſcutum cum ejus nomine in circuitu. In poſtica Eccleſiæ Ravennatis ſtemma, addita in margine epigraphe ECLESIE RAVENE.

I



II



III



REGII LEPIDI

POſt evulgatas Ravennates monetas, Regienſes deſcribendas aggredimur, quarum prima ex argento conflata perhibet in anteriori facie has voces AZO MARCHIO: in poſteriori Lilium I.
et epigra-

Q 2

(1) Argenteos nummos evulgavit Benedictus Abbas Floravantes in libro cui titulus *Antiquiores Pontificum Romanorum Denarii pag. 192. Tab. III. num. XIV. XV.*

et epigraphen DE REGIO. Cùm diù penès Regienſes inteſtina diſſidia agitarentur, et omnia flamma, et ſanguine defædarentur, Cives, ſi externo Principi Reipublicæ regimen demandaretur, meliora ſibi fata rati, ſe ſe in Obizonis Eſtenſis Ferrariæ, ac Mutinæ Reguli fidem, ac poteſtatem ſub initium MCCXC. ad triennium contulere. Duobus tantùm annis cum omnium tamen amore in ſede vixit; eique Azo filius a Patribus Succeſſor datus ad annum MCCCVI. tenuit Principatum; quo cùm Regienſibus nuntiatum, Mutinenſes ab Azonis tyrannide VII. Kal. Februarij ſe exemiſſe, et ipſi ſervitutis impatientes, ſumptis armis, Eſtenſis jugum ſequenti die excuſſere. Azone ergo moderante nummus percutitur.

II. Secundus ex ære inferiori conflatus nummus effigiem Herculis Eſtenſis præfert, addita inſcriptione HERCVLES DVX. In adverſa Urbis ſtemma cum litteris circumſcriptis REGIVM EMILIA VETERES. Regienſes, Azone pulſo, ſua ſub Capitanei regimine ad annum MCCCXXVI. libertate uſi, Beltrando Cardinali Eccleſiæ Legato, qui Bononia, Parma, Mutina, aliiſque Æmiliæ Urbibus ſibi vindicatis, toti Italiæ terrori eſſe ceperat, ut ejus arma effugerent, ſe ſponte dedidere. Verùm biennio poſt a Folianis, et Manfredis Vicario trucidato, Pontificiiſque pulſis militibus, Bavari partes ad Joannis Bohemiæ Regis in Italiam uſque adventum ſecuti ſunt; cujus imperio cum ſe ſe commiſiſſent, Manfredi, et Foliani, maxima herclè Populi injuria, Urbis Vicarii conſtituti ſunt. Cæterùm, non multo poſt, Manfredis exauctoratis, unanimi Procerum conſenſu Urbanarum rerum cura Folianis demandatur; quo in munere cùm ad annum MCCCXXXV. optima fide ſe geſſiſſent, a Scaligerorum armis undique circumventi V. Non. Julii honeſtis pactionibus in eorum manus Urbem demiſere. Hæc porrò a victoribus octo poſt dies Gonzaghis tradita, ſub eorum imperio ad annum MCCCLXXI. ſtetit, quo Feltrinus ab Nicolai Eſtenſis, et Guarnerii armis defatigatus, ut eorum conatus eluderet, Bernabovi Vicecomiti Mediolani Domino, quinquaginta Florenorum aureorum millibus ſibi numeratis, venundavit. Ad exceſſum Joannis Galeatii ſub hacce familia Urbs quievit; quo tempore ab Ottobono de Tertiis occupata ſub ejus jugo ingemuit, donec Nicolaus Eſtenſis ex Alberto natus, Tyranno enecato, ſummo cum Populi plauſu

cepit

cepit dominatum ; quod contigit anno MCCCCIX. Hunc excepit Leonellus; Leonello ſucceſſit Borſius ; Borſio Hercules , ſub quo nummus ſignatus eſt.

In tertio argenteo (1) inſculptus apparet Unicornis, verbis in gyrum poſitis DIVO HERCVLI. A tergo Urbis ſtemma cum III. circumducta epigraphe REGIVM LOMBAR*dorum*

Quartus ex eodem metallo conflatus in omnibus, dempto Principis

(1) Nummus hic eo tempore Solidi nomenclatura donabatur, quorum viginti Regenſem Libram conſtituebant, uti manifeſtè eruitur ex quadam Epiſtola de ſignandis monetis ab Hercule Duce II. Regienſi Communi inſcripta Nonis Martii MDII. In ea enim inter cæteros nummos a Regienſibus cudendos Solidus recenſetur hiſce verbis in latinum verſis = *Item, quod rurſus in predicta Monetali Officina exiguas Monetas fabricare ad Populi commoditatem fas ſit , quarum ſingulæ pro uno Regienſi Solido computentur , et haſce recenti Matrice ; in qua ex una parte ipſius Communis Regii Inſignia appareant inſculpta , ab altera verò Unicornis* = Quæ quidem Moneta ad Lancem Venetam examinata cum grana decem adpendat , argui poteſt , in qualibet Regienſi Libra ad minus 200. argenti grana extitiſſe. Haud dubium porrò valorem hujuſce Libræ ſtatuemus habito reſpectu ad Marcellum Venetum in Proclamate enuntiatum ab ipſomet Hercule , emanato VI. Kal. Auguſti MCCCCXCVI. quod proſtat in Legibus Statutariis Regii lib. 7. pag. 304. cuius nonnulla verba, prout res poſtulat, hìc recitabo = *Ducatus Venetus , ſive Ungarus expendatur , et recipiatur pro Libris tribus , et Soldis Sexdecim Moneta Regina , Florenus largus pro Libris tribus et Soldis quindecim* = *Troni Veneti pro Soldis duodecim , et Denariis duobus* = *MARCELLI Veneti pro Soldis ſex , et Denario uno* = *Carlini Papales pro Soldis quinque et Denariis octo &c.* = Habemus ergo in Proclamate *Marcellum* cum ſex Solidis , et uno denario ſtetiſſe ; quæ quidem Moneta cùm ex tribus et ſexaginta granis conflaretur , ſubducto calculo, in qualibet Libra 208. grana argenti ſtatuere neceſſe erit ; quorum valor triginta octo obolos et octo denarios monetæ Ferrarienſis , ſeu tres Libras undeviginti Solidos, et quatuor parvulos Venetæ monetæ æquaret ; ac per conſequens una Regienſis Libra illius ævi , octo hodiernis Regienſibus Libris equipolleret. Hanc porrò Libram anterioribus annis majorem exiſtimationem habuiſſe ex Documentis indubiis excerpſimus. Novimus enim Aureum Ducatum Venetum vulgo *Zecchino* , annis 1409 = 1440 = 1455 = 1475 = cum Libris 2. Sold. 8. = Lib. 2. Sol. 14 = Lib. 2. Sol. 19 = Lib. 3. Sol. 8. = pretio conveniſſe. Et anno 1496. ut ſuperiùs adnotavimus taxatus fuit in Proclamate pro Lib. 3. Sol. 16. Annis verò 1525 = 1565 = 1595 = non ultra Lib. 5. Sol. 7. = Lib. 7. Sol. 12. = et Lib. 11. Sol. 5. = ſe extendiſſe comperimus. Sub Sæculi Decimiſeptimi initium , et anno 1625 = eadem aurea Moneta Regii extimabatur pro Lib. 11. Sol. 16 = et Lib. 15 = 1650 = 1675 = par erat Lib. 22. Sol 10 = Lib. 28. Sol. 10 = valuit anno 1729 = Lib. 45 = et hodie expenditur pro Lib. 45. Sol. 10. Neque omittendum aureum Scutum vulgò *mezza Doppa* annis 1527 = 1550 = 1575. , 1600 = cum Lib. 5. Sol 3 = Lib. 6 = Lib. 7 = Lib 9. Sol. 3. = fuiſſe commutatum. Utque aliquid de Argenteis Monetis proferam: Sciendum ; Argenteum Romanum Scutum vulgò *Piaſtra* , annis 1601 = 1620 = 1644 = 1665 = 1701 = 1723 = valorem Librarum 7. 15 = 9. 15 = 11. 10 = 15. 10 = 18. 10 = 22. 10 = æquaſſe. Et Argenteam Monetam vulgò *Filippo* quæ hodie Regii expenditur pro Libris 22. Sol. 15. = annis 1674 = 1695 = 1711 = 1720 = 1731 = Libras 14. Sol. 10 = 17. 5 = 18. 15 = 21. 9 = 21. 15 = æquiparaſſe.

cipis nomine, convenit cum antecedenti. Hic enim sub Alphon-
IV. so Herculis filio fuit obsignatus, qui post mortem patris iniit Principatum anno MDV.

In quinto argenteo exhibetur Adamas cum Alphonsi nomine
V. in margine exarato. In altera facie legitur COMVNITAS REGII cum scutulo ejus insignia complectente.

Ad eumdem Alphonsum spectare sextum æreum (1) inscriptio
VI. edocet, cujus juvenile caput totum occupat primæ frontis aream. A tergo Urbis stemma, circùm quod hęc verba REGIVM OLIM AEMILIA

In septimo æreo nummo (2) binæ claves decussatæ cum Tiara superposita conspiciuntur sub inscriptione JVLIVS II. P. M.
VII. *Julius Secundus Pontifex Maximus*. Postica cohæret cum antecedenti. Julius cùm Alphonsum e toto Principatu deturbare niterur, et Mutinam jam occupasset, Regium quoque anno MDXII. suo adjecit imperio. Qui cùm die XX. Februarii sequentis anni excessisset, ultimo sui Pontificatus anno nummi cusionem contigisse dicendum

Antedicti Alphonsi octavus argenteus insignitur vultu, cum ejus nomine in circuitu. In opposita eminet Sanctæ Dariæ Ur-
VIII. bis Compatronæ imago, vocibus in gyrum dispositis *Sancta* DARIA MAR*tyr*. Adriano VI. summo Pontifice anno MDXXIII. die XIV. Septembris fatis rapto, Alphonsus oblatam occasionem occupatæ ditionis recuperandæ minimè prætermittendam ratus, subitariis coactis armis, cùm frustra Mutinam tentasset, Regium favore Populi die XXIX. ejusdem mensis sui juris fecit. Nummum post recuperatam Urbem fuisse cusum, ex senili Ducis facie in eo exculpta conjicimus.

SABA-

(1) Nummus in omnibus convenit cum eo, quem in altera Dissertatione publicavimus sub num. VII. dempta dispositione litterarum, quibus adversæ partis inscriptio fuit exarata.

(2) Nummum hunc, nonnullosque alios Regienses recentiores mihi perhumaniter dono dedit Nobilis et egregius Vir Comes Achilles Crispus Patritius Ferrarienſis litteris, et moribus optimis institutus, ac rerum antiquarum studiosus; penès quem insignis Numismatum Illustrium Virorum supellex maximo studio, ac rara arte collecta existit.

I



X



III

IV

V



VI



VII



VIII



SABAVDIÆ

In anteriori primi ærei nummi facie hæ litterę conſpiciuntur F. E. R. T. et in orbe AMEDEVS COMes. A tergo Crux, et Principatus nomen DE SABAVDIA. Nummum ad Amedeum I. VIII. ſpectare autumo, qui anno Chriſti MCCCCXVI. Principatus XXV. fuit a Sigiſmundo Romanorum Rege Ducali dignitate condecoratus. Hic anno MCCCCXXXIV. Ducatu abdicato

dicato, ad Ripaliæ ſolitudinem Gebennenſis Diœceſis ſeceſſit; ibique in pœnitentia ſe egit, donec, quinquennio poſt, in Baſilenſi Concilio contra Eugenium IV. Pſeudo Pontifex factus Felicis V. nomen aſſumpſit. Quo in munere cùm ſe ad annum MCCCCXLIX. exercuiſſet, honorificis conditionibus dignitati renuntiavit: iterùmque Ripaliam reverſus, biennio poſt, fato conceſſit.

Ad Ludovicum ex Amedeo VIII. natum ſpectat ſecundus æreus,
II. qui vivente Patre iniit Principatum, tenuitque ad annum MCCCCLXV. In prima nummi fronte ejus nomen apparet inſculptum. In adverſæ orbe hęc verba exarata perpenduntur PRINCEPS IMPE*rii*, et in medio hæ ſiglę F. E. R. T. Cùm in eripienda ab infidelium manibus Rhodo Inſula anno MCCCIX. Amedei V. Sabaudię Principis virtus emicuiſſet: hinc factum eſt, ut ad tantę rei memoriam Sabaudienſis Crucem albam Gentilitio ſuo ſtemmati addiderit hiſce quatuor intermixtam characteribus F. E. R. T. qui ſic interpretantur *Fortitudo Ejus Rhodum Tenuit*.

I



II



SALUTIARUM MARCHIONES

PRimus argenteus nummus oſtendit Ludovici Marchionis effigiem cum epigraphe LVDOVICVS. M*archio* SALVTIARVM. A
I. tergo viſitur Sanctus Conſtantius equo inſidens, addita inſcriptione SANCTVS COSTANTIVS. Nummus ſub Ludovico II. fuit proditus, qui poſt mortem Patris cepit dominari anno MCCCCLXXV. Hic a Carolo Sabaudiæ Duce Principatu deturbatus exulare cogitur: eo autem, biennio poſt, fatis functo, Ludovici Sfortiæ Mediolani Ducis ope in paternum ſolium reſtituitur.

Secundi

Secundi argentei antica gentilitio hujuſce Familiæ ornatur ſcuto cum caſſide ſuperpoſita, cui ſupereminet Aquila pectore tenus : additur inſcriptio MICHAEL ANTonius MARCHIO SALVTIARVM. Poſtica in omnibus convenit cum antecedenti. II.

Inſignia pariter ſe ſe offerunt in pectore Aquilæ expanſis alis totam tertii argentei aream occupantis. Adjungitur in margine epigraphe MICHAEL ANTOnius MARCHIO SALVTIARVM. III.

In adverſa eminet Crux, circum quam hæc verba XPS. REX VENIT IN PACE HOMO FACTVS E.; quæ omnia in quarto argenteo conſpiciuntur, uti ex ejus forma dignoſcitur. VI.

Ejuſdem Michaelis Antonii nomen legitur in circulo anterioris partis ſequentis ærei argento mixti nummi, Principis ſtemma in area exhibentis. Poſterior Cruce eſt inſignita, in cujus marginis ſummitate occurrit Sancti Conſtantii minuta imago, ſubſequentibus vocibus SANCTVS COSTANTIVS. Michael Antonius ex antedicto Ludovico, et Margherita de Fuxio ejus uxore natus, patre funerato, iniit Principatum. Verùm cùm ob teneram ætatem tanto oneri impar eſſet, mater præſtantiſſima Fœmina rerum curam ſuſcepit; ad cujus petitiones, ac preces Julius II. tunc ſummus Pontifex Salutium Oppidum in Civitatem erexit, et Eccleſiam Epiſcopali dignitate condecoravit: quod contigit anno MDXI. In Neapolitano bello, aeris vitio, periit Michael Antonius anno MDXXVIII., et in ejus locum Franciſcus frater Francorum Regis ope ſurrogatur, ſub quo æreus poſtremus cuſus eſt. V. VI.

I

II



R

III

III IV



VI VI



SENARUM

INter cęteras Senenſes noſtris in ſcriniis deliteſcentes monetas,
I. illam antiquiorem eſſe duximus ex puro argento conflatam, quam primùm hìc damus. Hæc porrò licèt cum ea a Muratorio exhibita ſub num. I. conveniat; attamen littera S. haud recto modo in noſtra exculpta, et parvæ Roſæ litteris interpoſitis ejus margines ambientes diverſam faciunt. En ergo hujuſce typus, in cujus prima fronte viſitur littera S. cum inſcriptione SENA VETVS. In oppoſita Crux, et lemma ALFA ET CΩ nempe *Omèga*.

In ſecundi argenteî medio aliud non apparet quàm littera S.
II. initialis Senæ: in ſuperiori gyri parte crucicula inter duo pira, cum epigraphe SENA VETVS. Poſticæ area ornatur Cruce, circum quam inſcriptio ut in antecedenti.

Anterior tertii argentei pars inſcripta eſt his characteribus, in
III. area SENA, in circuitu VETVS. In altera facie inſculpta apparet littera A, verbis in orbe poſitis *Civitas* VIRGINIS.

In quarto argenteo repręſentatur littera S. nuper memorata
IV. cum circumductis vocibus SENA VETVS CIVITAS VIRGI*nis*. Adverſæ partis aream occupat Crux eleganter elaborata, verbis

bis in gyrum positis ALFA. ET. O. PRINCIPIVm 3 FINIS. Eas- V.
demque inscriptiones intueor pariter in subsequenti a diversa tamen matrice prodito

Argenteus sextus B. M. Virginis in una parte imaginem refert; VI.
in altera Crucem cum inscriptionibus ut in antecedenti.

Æreus, qui septimo succedit loco, in Monte Alcino, ad quem refugii causa se se receperant Senenses anno MDLV., cu- VII.
sus est. Exponit hic in anteriori fronte litteram S. cum circumducto lemmate RP. SEN. IN M. ILYCINO, nempe, *Respublica Senensis in Monte Ilycino.* In adversæ area legitur LIBERTAS, et in ejus margine HENRICO II. AVSPICE. Alter occurrit ex infimo argento compactus nummus, easdem inscriptiones VIII.
in circulis præferens. Exhibet postica Crucem; antica verò Urbis insigne, Lupæ nempè imaginem puerulis Remo, et Romulo ubera offerentis, et tempus quo fuit cusus, anno scilicet MDLVI.. Senenses Caroli V. Imperatoris pulso Præsidio, anno MDLII., et Arce a suis administris condita, eversa; libertatem, quam acquisierant, propugnaturi sub Henrici II. Francorum Regis clientela, Ambrosio Catharino auctore, se se dederunt. Facti hujus indignitate exacerbatus Cæsar ad comprimendam eorum audaciam, viresque retundendas Joannem Jacobum Mediceum Marignani Marchionem, cum suis, et auxiliaribus Hetruriæ Ducis copiis in agrum Senensem immisit; consertoque, biennio post IV. Non. Augusti cum Petro Strotio, cui Gallici exercitus cura fuerat demandata, prælio: cùm victoria penès Imperiales stetisset, ad circumvallandas Senas conversi sunt. Obsidio ad sequentem annum continuata cives adeò ingenti fame pressit, ut eos ad deditionem adegerit: quorum non pauci Cæsareo nomini infensi ad Montem Alcinum gallico firmatum præsidio confugerunt; ibique per suos Magistratus rem omnem administrarunt ad annum MDLX.; quo, cùm se a Rege desertos ob pacem cum Imperatore firmatam, agnoscerent, tuerique in libertate posse diffiderent, Cosmo Mediceo Etruriæ Duci, cui anteriori anno Senarum dominatum Cæsar abdicaverat, se se submisere; a quo summis honoribus, ac gratiis donati sunt.

I



II



III



IV



V



VI



VII



VIII



SENOGALLIÆ

SEnogallia non ignobilis Piceni Urbs ſub Roborea Familia eſſe cepit, anno MCCCCLXXIV., quo a Xiſto IV. ſummo Pontifice fuit Joanni ex fratre nepoti in Feudum aſſignata. Hic nuptiis

ptiis cum Joanna Friderici Urbini filia celebratis, ex ea Franciſcum Mariam ſuſtulit in Principatu ſucceſſorem, ſub cujus imperio æreus, quem exhibemus, nummus cuſus eſt. Viſitur in anteriori ejus parte Sancti Paulini Epiſcopi Urbis Patroni imago cum ejus nomine in margine. In poſteriori Robur Roboreæ Gentis ſtemma, hiſce verbis in orbe poſitis F. M. SENOGALLIE DNS. *Franciſcus Maria Senogalliæ Dominus*. I.

I



VENETORVM DVCVM

IN limbo primi argentei nummi Antonii Venerii nomen exaratum intueor in Ducem adſciti anno MCCCLXXXII.: in area ejusdem Ducis ſtantis imaginem ambabus manibus vexillum ſuſtinentis; ponè Ducem ſtellam. In oppoſita parte inſculptus apparet Venetus alatus Leo cum Evangeliorum libro, addita inſcriptione S. MARCVS VENETI*arum*. I.

Ad eundem Ducem ſpectat alter ſubſequens æreus, in cujus antica effulget Crux cum Ducis nomine in circuitu. In poſtica alatus Leo ſub epigraphe VEXILIFER VENETIAR*um*. II.

Antonio funerato anno MCCCC. Michael Stenus in Ducem inauguratur; quo imperante nummus, qui tertio ſuccedit loco, obſignatus eſt. Eſt hic argenteus, oſtenditque in anteriori fronte Sancti Marci ſtantis iconem, gladium, ut cenſeo, Duci porrigentis cum circumducta inſcriptione S. M. VENE. DVX. MI. STEN. *Sanctus Marcus Venetiarum Dux Michael Stenus*. In poſteriori Chriſtum e ſepulcro reſurgentem, et verba XPS. RESVRESIT. Poſt auctam Reipublicæ ditionem, et tertiumdecimum Principatus annum Stenus inter mortales eſſe deſiit. III.

Tres, qui ſubſequuntur ærei nummuli, Franciſci Foſcari ad Ducalem Dignitatem evecti anno MCCCCXXIII. nomine conſcripti ſunt. IV.

V. pti ſunt. Hic poſt quartum et trigeſimum Regininis annum, cùm ob nimium ſenium ad onera Reipublicæ ſuſtinenda ſe ine-
VI. ptum reddidiſſet, a Patribus exauctoratus paullò poſt vivere deſiit.

Sub Paſchali Maripetro in locum Foſcari adhuc viventis ſub-
VII. rogato anno MCCCCLVII. æreus ſeptimus in omnibus, ſi demas Ducis nomen, cum ſecundo conveniens, cuſus eſt. Moribus, et animi integritate Maripetrus conſpicuus quatuor tantùm annos, et menſes ſex in ſede vixit; eoque imperante penès Venetos ſumma pax, et quies fuit.

Octavus argenteus nummus ad Nicolaum Tronum ſpectat, qui ſextodecimo, quàm regnare ceperat, menſe ex humanis ere-
VIII. ptus eſt: in ejus prima fronte viſitur Ducis ſtantis effigies vexillum ſuſtinentis; ponè imaginem ſiglæ R. P. Præfecti rei monetariæ nomen, et agnomen indicantes; in margine N*icolaus* TRONVS DVX. A tergo Leo abſque ulla epigraphe.

Nonus argenteus ſpectat ad Joannem Mocenicum in Principem aſſumptum anno MCCCCLXXVII. Offert in prima fronte
IX. eiuſdem Ducis imaginem cornu redimitam, flexis genibus a Divo Marco Reipublicæ Vexillum accipientis, ſiglis hinc inde diſpoſitis A. B. Præfecti Monetarii nomen indicantibus: adjungitur inſcriptio IO. MOCENICO DVX S. M. VENETI. *Joannes Mocenicus Dux Sanctus Marcus Venetiarum*. Recurrit in oppoſita Salvatoris noſtri effigies in Cathedra ſedentis, elevata dextra ad benedicendum, ſiniſtra Evangeliorum typum ſuſtinentis; hiſce ex cathedræ lateribus diſpoſitis characteribus IC XC nempè *Jeſus Chriſtus*: limbus inſcriptus eſt his vocibus TIBI SOLI GLORIA.

Decimus argenteus ſub Auguſtino Barbadico Ducali dignitate
X. cohoneſtato anno MCCCCLXXXVI. cuſus, ab antecedenti minimè diſſonat, ſiglis demptis, et Ducis nomine.

Sequitur undecimus æreus nummus ſub eodem Duce proditus,
XI. in cujus antica exhibetur Sanctus Marcus cum ejus nomine in circuitu. Averſa facies Cruce inſignitur, et in ejus margine legitur AVG*uſtinus* BARBADICO DVX. Barbadicus, Cyprio Re-

gno

gno (1) aliiſque Italiæ Urbibus Veneto imperio adjunctis, quintodecimo Principatus anno e mortalibus demigravit.

Poſtremus æreus nummus a Veneta monetaria officina certò prodidit; ſub quo autem Duce non eſt facile aſſerere. Ejus anterior pars exhibet Sancti Marci protomen: oppoſita verò vexillum, cippum, et characteres VENETI. Hæc de Venetis monetis ſatis: nunc ad Veronenſes divertamus. XII.



(1) Catharina ex Marco Cornelio Patritio Veneto nata, et Jacobo Luſignano Cypri Regi deſponſata poſt Filii poſthumi exceſſum, ſicuti Rex Teſtamento diſpoſuerat, ſceptrum ſumpſit: quæ cùm Turcicas vires pertimeſceret, Fratris uſa conſilio Reipublicæ Venetæ, a qua fuerat in Filiam adoptata, Regnum ceſſit anno MCCCCLXXXVIII.

IX



X

XI

XII

VERONÆ

SUb Scaligerorum imperio, qui Veronę dominari ceperunt an-
I. no MCCLIX., argenteum primum nummum fuiſſe obſignatum, Scala huiuſce Gentis ſtemma in circuli ſummitate inſculpta manifeſtè nos edocet: cui porrò attribuendus ſit, ſtatuere non audemus. Pro certo tamen habendum ſubſequentem ex argento pariter conflatum Bartholomęi, et Antonii fratrum temporibus prodiiſſe; qui poſt mortem Canis Signorii patris in Veronenſi Principatu, ſicuti ipſe edixerat, ſucceſſere anno MCCCLXXV. Ex-
II. ponit hic in una parte alatum Canem pectore tenus, et verba BTHS ANTHS. nempe *Bartholomæus Antonius*; in altera Sancti Zenonis Urbis Patroni iconem cum ejus nomine in circuitu. Ceterùm Antonius minor natu, ut ſolus Principatu potiretur, poſt ſextum Regni annum Fratrem interficiendum curavit, eo-
III. que imperante, tertio quem damus loco, argenteus nummus cuſus eſt; in cujus prima fronte idem alatus Canis apparet inſculptus Principis nomine circumſeptus: in oppoſita eminet Sancti Zenonis ſtantis imago, verbis in ora poſitis S. ZENO DE VERONA. Sex tantùm annos poſt Fratris necem egit in Dominatu Scaliger: etenim ab Joannis Galeatii Mediolani Domini armis undique circumventus, cùm eis obſiſtere non valeret, atrocio-

raque

raque timeret, Urbe relicta, Venetias se recepit. Summa deinde Veronensium rerum Vicecomiti imposita est; penès quem, et ejus successorem stetit, donec a Francisco Carrarienſi Patavii Regulo anno MCCCCIV. fuerit Urbs occupata; quam cùm ad alterum annum tenuisset, in Venetorum devenit potestatem, sub quibus ad hæc usque tempora felicissimè quiescit. Joanne ergo Galeatio imperante, proximos duos nummos in ejusdem honorem cudi jusserunt Veronenses; quorum unus ex infimo argento flatus repręsentat imaginem Episcopalem, circùm quam Sancti Zenonis nomen. A tergo Crucem et lemma COMES VIRTVTVM *Dominus* Me*dio*La*n*I Ver*O*NE. IV.

Æreus alter exhibet in medio Siglas G. Z. *Galeatius*: in limbo *Dominus* Me*dio*La*n*I. Ver*O*NE Et *Cætera*. In opposita visitur Crux sub inscriptione COMES VIRTVTVM. V.

I

II



III



IV



V



VIGLEVANI

ARgenteus primus præfert in antica ejus parte teſſerarium Triultiorum ſcutum, verbis in orbe poſitis, IO*annis* IACOBI
I. TRIVLTII CO*mitis*. In poſtica Beatiſſimam Virginem coram puerulo Jeſu in genua procumbentem, addita epigraphe, QVEM GENVIT ADORAVIT

Ad eumdem Jacobum ſpectant bini ſequentes ærei nummi, quorum primus oſtendit in anteriori parte Principis ſtemma hiſce
II. vocibus circumſeptum IO. IA. TRIVL. M. VIGLE. *Joannes Jacobus Triultius Marchio Viglevani*; in poſteriori Crucem, et verba, ET FRAN*ciæ* MARESCALC*us*. Crux pariter viſitur in prima ſecundi nummi facie, in cuius limbo ejusdem Principis nomen exaratum perpendimus. In adverſæ area inſculpti apparent duo
III. Delphini capitibus invicem verſis, circum quos hęc inſcriptio TRIVLTII COMIT*is*. Joannes Jacobus Triultius Patricius Mediolanenſis Sfortiano nomini infenſus cùm ad Gallica caſtra ſe contuliſſet, grande ſibi nomen peperit, et ſummam egregii Ducis famam adeptus eſt. Ejus bellica virtus maximè in Mediolanenſi bello ſub Ludovico XII. Francorum Rege emicuit: in eo enim ſupremus armorum Dux conſtitutus, toto Mediolanenſi Ducatu feliciter occupato, Ludovicum Sfortiam unà cum fratre Aſcanio Cardinali intercepit, et in Galliam abduci curavit. Domitis Inſubris, cum tota belli mole Bononiam adortus anno MDXI. Franciſcum Roboreum Urbinatem Ducem Eccleſiaſtici exercitus Imperatorem ſumma facilitate, et ſine ſuorum vulnere in fugam egit, et Urbem Bentivolis ab ea exturbatis reſtituit. Ob quæ quidem et alia preclarè geſta in præmium virtutis ab ipſomet Ludovico Rege Viglevanum agri Mediolanenſis Oppidum cum aliis plurimis locis fuit ei in feudum aſſignatum. Verùm, ſubortis inter Lotrechium, et Triultium ſimultatibus, Hic ab æmulo ad Regem accuſatus, hiberno tempore ad dicendam cauſam in Gallias ſeceſſit: qua ex re vehementer conturbatus nonis Decembris MDXVIII. apud Carnutes in humanis eſſe deſiit. Corpus Mediolanum relatum ſolemni pompa in Eccleſia Sancti Nazarii, a Sancto Ambroſio condita funeratur.

VOLA-

I

II



III

VOLATERRÆ

PRimus argenteus nummus oſtendit in anteriori fronte Sancti Juſti Urbis Epiſcopi, ac Patroni effigiem, elevata dextera ad benedicendum, ſiniſtra pedum ſuſtinentis ſub epigraphe P. P. SAT IVSTVS. In poſteriori Crucem, et Urbis nomen in margine exaratum DE DVLTERA I.

In ſecundo æreo nummulo Epiſcopi exhibetur imago pectore tenus, verbis in gyrum poſitis, EP*iscopus* RANVCCI*us*. A tergo Crux, et inſcriptio D*e* VVLTERRA. Ranuccius ex Alegretta Gente natus, fuit ad Volaterannam Cathedram promotus anno MCCCXXI., qui, cùm in ea ſeptem et viginti annis conſediſſet, inter mortales eſſe deſiit. II.

I



II



URBINI

VOlaterranis evulgatis nummis, de Urbinatibus dicendum fu-
I. pereſt ; quorum primus argenteus perhibet Feltriæ Gentis inſi-
gnia, et in circuli ſummitate Urbis ſtemma, ſubſequentibus vo-
cibus, GVIDO VB*aldus* VRBINI DVX. A tergo inſculptus ap-
paret Sanctus Creſcentinus Urbis Protector equo inſidens lanceam
in Draconem intorquens ſub epigraphe S. CRIS. ORA PRO N.
Sancte Creſcentine ora pro nobis.

En in ſecundo æreo ejusdem Principis caput cum ejus nomine
II. in circuitu. In adverſa ſtemma, uti in ſuperiori inſpicitur, circùm
quod hæc verba FIDES CARITAS SPES. Guidubaldus Litterato-
rum Mecænas in Principatu Succeſſor, cùm ad ſui firmitatem im-
perii fœdus cum Valentino Borgia anno MDII. pepigiſſet, eique
tormenta bellica, ac copias conceſſiſſet : a vaferrimo Tyranno
omnis vis belli de repente in eum converſa eſt. Quo facto per-
territus Feltrius, ut ſe ab hujuſce immanis belluę unguibus exi-
meret, Urbe relicta, continuatis itineribus Ravennam, deinde
Mantuam ad Gonzagam Levirum perrexit. Hæc inter Valentinus,
Urbino, nullo obice, occupato, univerſam Feltri ditionem pari fe-
licitate ſubegit ; qua tamen non diù potitus eſt : etenim ſequen-
ti anno, Alexandro VI. ſublato, cùm Borgianæ res in pejus la-
berentur, Guidubaldus in paternum ſolium reſtitutus eſt.

Qui ordine tertius habetur argenteus nummus exhibet in an-
III. teriori facie Roboreæ familiæ gentilitium ſtemma, hiſce vocibus
in gyrum poſitis, FRAN*ciſcus* MA*ria* DVX VRBINI. In poſte-
riori duas imagines ſe ſe invicem complectentes inſpicimus, unam
ſcilicet B. M. Virginis, alteram Divæ Elizabethæ. Sic enim ha-
bet inſcriptio EXVL. SPI· ME. IN. DE. *exultavit Spiritus meus
in Deo*.

Nummus, qui quarto ſuccedit loco, æreus eſt, et in eo ef-
IV. figiatus apparet Strutiocamelus cum Principis nomine in margine.
In adverſa Urbis ſtemma ſub inſcriptione CIVITAS VRBINI.
Guidubaldo, nulla ex Elizabetha Gonzaga relicta prole, Fran-
ciſcus Rovereus ex Joanna Guidonis Ubaldi Sorore natus ſucceſ-
ſit. Hunc enim, interveniente Julii II. Summi Pontificis Fran-
ciſci

cisci Patrui voluntate, assentienteque universo Cardinalium Senatu, Guidubaldus in filium adoptaverat, et hæredem designaverat. Roboreus a Leone X., ut in Pisaurensibus nummis diximus, imperio exutus, ad ejus usque obitum fortunæ iniquitatem tulit: quo tempore ad Principatum reversus, cùm ad annum MDXXXVIII. summa gloriæ laude Populos gubernasset, rerum gestarum fama clarissimus Kal. Octobris supremum diem explevit.

I



II



III



IV



FINIS

PRÆ CÆTERIS CORRIGENDA

Pag. 48. *lin.* 31. *lege :* MCCCLXXXVIII. = *lin.* 14. : MCCCXCIII. = *pag.* 66. *lin.* 4 : MANTVA = *pag.* 109. *lin.* 3. Galeatius = *pag.* 110. *lin.* 21. , *pag.* 112. *lin.* 3. , *et pag.* 113. *lin.* 31. Sancti Joannis Baptiſtæ = *pag.* 126. *lin.* 22 Adriano VI.

INDEX

NOMINUM, ET RERUM NOTABILIUM

Quæ in hac Diſſertatione continentur.

A

Achilles Comes Criſpus Patricius Ferrarienſis laudatur. pag. 126.
Aderana Gens per plura ſæcula Marchionatum Montisferrati tenuit 90.
Adria vulgo *Atri* in Regione Brutiorum ſita. 1. Ejus Monetæ ſub Matthæo de Capua cuſæ. 2.
Albertus Eſtenſis Privilegium pro erectione Almi Studii a Bonifatio IX. reportat. 48. Ei a Ferrarienſibus marmorea Statua conſecratur. *ibid.*
Alexander Sfortia Dominus Piſauri. 110. Ejus bellica geſta. 41. 110. Ejus mors, et ubi. *ib.*
Aloyſius Farneſius a Paulo III. Dux Caſtri inauguratur 31. Dein Parmæ, et Placentiæ. *ib.* A Placentinis ob ejus ſcelera conſoditur. *ib.*
Aloyſius Gonzaga a Mantuanis in Dominum electus. 65. A Carolo IV. Imperatore Vicarii Imperialis titulo cohoneſtatur. *ib.*
Alphonſus Aragonum Rex a Regina Joanna in filium adoptatus. 101. Poſt Reginæ obitum Regnum Neapolitanum occupat. *ib.*
Alphonſus Ferrariæ Dux III. Regium recuperat. 126.
Alphonſus Varanus percelebris in Poeſi Eques laudatus. 110.
Amedeus VIII. Comes Sabaudiæ titulo Ducis condecoratur 127. In Pſeudopontificem eligitur. 128. Dignitati renuntiat, et moritur. *ib.*
Anconæ Monetę 2. Hujus Zecchæ antiquitas. 4. Urbs a quibus condita. 5. A Saracenis deleta. *ib.* Ejus Portus a Trajano inſtauratus. 4. Per plura ſæcula ſua libertate uſa. 5. A Clemente VII. arte occupatur. *ib.*
Annibal ex Abbatibus Oliveri laudatus. 109.
Antonius Venerius Dux Venetiarum. 133.
Antonius Feltrius Urbinatium Comes ab Eugubinis in Dominum eligitur. 39.

Anto-

Antonius Scaliger Veronæ Regulus fratrem enecat 136. A Vicecomitis armis territus Principatu ſe abdicat. 137.
Antonius, et Thomas fratres de Bellagrandis conductores Zecchæ Ferrarienſis. 49.
Aquilanæ monetæ ſub Joanna II. Neapolis Regina cuſæ. 9.
Aretini nummi ſub Guidone Tarlato Urbis Epiſcopo proditi. 12.
Aretini in Florentinorum poteſtatem deveniunt. 13.
Arimini Monetæ ſub Malateſtis obſignatæ. 10.
Aſculi Monetæ. 14. Quo tempore jus Zecchæ fuerit conceſſum. *ibid.*
Aſculum ſub Comite de Carraria. 14. Sub Franciſco Sfortia. 15. Sub Pontificibus. *ib.*
Aſtæ Nummi. 16. Ejus Principatus ad Vicecomites delatus *ib.* Dotis nomine Valentinæ Vicecomiti aſſignatur. *ib.*
Aſtorgius Manfredus Faventiæ Dominus a Cæſare Borgia interceptus. 47. Romam adductus juſſu Tyranni in Tyberi ſuffocatur.
Auguſtinus Barbadicus Dux Venetiarum Cyprum Regnum, variaſque Italiæ Urbes Veneto Imperio adjungit. 134.
Azo Vicecomes Mediolanum occupat. 77. Lodriſium bello ſuperat. 78. Ei Comenſes ſe ſubdunt. 34.
Azo Eſtenſis Dominus Mutinæ conſtituitur. 94. Et Regii 124. Ab ejus tyrannide Mutinenſes ſe eximunt. 94. Et Regienſes. 124.

B

Baptiſta Sfortia Friderico Urbini Comiti deſponſata. 42. Ejus animi dotes. *ib.*
Bentivoli Bononiæ Primatum variis temporibus tenuere. 19. *et ſequ.* A Julio II. pulſi 22.
Bergomi Monetæ Friderici II Imperatoris imagine ornatæ 17.
Bernabos Vicecomes Dominus Mediolani 79. Ejus ſcelera. *ib.* A Joanne Galeatio nepote aſtu interceptus carceri demandatur, ibique moritur. *ib.*
Biſſolo, Moneta Mediolanenſis cujus valoris. 80.
Bonacolſi quando Mantuæ Dominium ſuſceperint. 64. Mutinæ Principatum etiam tenuere. 94. Quando Ferrariam ſe contulerint. 65.
Bononienſes quo tempore acceperint jus cudendæ Monetæ. 18.

Ali-

Aliquando Vicecomitibus paruere. 19. 20. 21. 78. Eorum ab Eccleſia defectiones. 19. 20. 21.
Bononinorum Libræ diverſi valores enuntiantur. 21.
Borſius Eſtenſis Dux Mutinæ, et Regii a Sigiſmundo Imperatore conſtituitur 48. A Paulo II. Dux Ferrariæ inauguratur: 49. Cartuſianotum Cœnobium ædificat, et dotat, ibique tumulatur. *ib.*
Brixiæ Monetæ ſub Friderico Œnobarbo cuſæ. 26. Sub Pandulpho de Malateſtis. 27.

C

Cæſar Borgia Dux Valentinus Camerinum occupat. 28. Faventiam longa obſidione ſibi ſubdit. 47. Foro Cornelii, et Foro Livii potitur. 57. 58. Joannem Sfortiam Principatu exturbat. 113. Urbinatem Ditionem aſtu ſibi vindicat. 140.
Cabrinus Fondulus Cremonam dolo occupat. 36. A Philippo Maria Mediolani Duce expellitur. 37. Ab ipſo Philippo interceptus capite plectitur. *ib.*
Camerini Monętæ. 28. Camertes in Varanos Dominos inſurgunt, et enecant. *ib.*
Camilla Aragonenſis Conſtantio Sfortiæ Piſauri Regulo deſponſatur. 111. Poſt mortem Mariti una cum Joanne privigno in Principatu ſuccedit. 112. A privigno exauctoratur. *ib.*
Carolus IV. Imperator in Italiam deſcendit. 62. Lucam ſe confert. *ib.* Lucenſes a Piſanorum poteſtate eximit. *ib.*
Carolus Andegavenſis in Regem utriuſque Siciliæ inungitur. 97. In Manfredum movit, et ſuperat. *ib.* Conradinum bello vincit, et ſecuri percutit. *ib.* Siculo Regno ſpoliatur 99. Ejus mors 98.
Carolus VIII. Francorum Rex Neapolim ſibi ſubjicit. 103. Eo expulſus in Galliam revertitur. *ib.*
Carolus Dux Aurelianenſis Aſtæ Dominus. 16.
Carolus Malateſta Arimini Dominus. 10. Aurea Roſa a Martino V. donatur. *ib.* Lonzani moritur. 11.
Carolus Gonzaga Ludovico fratri infenſus. 68. Fratri bellum infert, a quo devictus. *ib.*
Caſtri Monetæ ſub Aloyſio Farneſio cuſæ. 31.
Caſtruccius de Interminellis a Lucenſibus in Dominum electus. 61. Piſas ſibi vindicat. 118.
Catharinæ Riariæ Forolivii Dominę Numiſmata 55. A Cæſare Borgia

gia bello petitur. 57. viriliter arcem obſeſſam tuetur. 58. A Tyranno capta Romam abducitur. *ib.* Libertate donata Florentiam ſe confert, ibique moritur. *ib.*
Cluſi Monetæ inter conſpicuas recenſendæ. 32.
Conradus Friderici II. Imperatoris filius Neapolim obſidet, et Cives fame preſſos ad deditionem cogit. *96.*
Conradinus Conradi filius Carolo Andegavenſi bellum infert. *97.* A Carolo fractus, et interceptus capite plectitur. *ib.*
Conſtantiæ Varanæ Alexandri Sfortiæ Uxoris mors. 42.
Conſtantii Sfortię Piſauri Reguli bellica geſta. 111. 112.
Cortonæ Monetę ſummę raritatis. 35. Urbis origo. *ib.*
Cortonenſes ab Aretinis Urbe expulſi. 35. Senenſium ope in Patriam reſtituti. *ib.* ſub imperio Florentinorum redacti. 36. Deinde ſub Mediceis. *ib.*
Cremonæ Monetæ ſub Cabrino Fondulo proditę. *36.*
Cumani Nummi ſub Franchino Ruſca, et Azone Vicecomite cuſi 33.

D

Decianæ agri Vercellenſis Oppidi Monetæ. 38. Ejus dominium Ludovico de Tizonibus aſſignatur. *ib.*

E

Eugubii Monetæ ſub Gente Feltria, ac Roborea proditæ. 43.
Eugubini ſub tyrannide Gabrielliorum. *39.* Antonio Feltrio Urbini Comiti ſe ſubdunt. *ib.*

F

Fabriani percelebris Piceni Oppidi Monetæ. 52.
Fabrianenſes Leo X. bello impetit, et ſibi ſubdit. *ib.*
Fani Fortunæ Monetæ ſub Pandulpho Malateſta, ac Innocentio VIII cuſæ 45. Urbs diù a Malateſtis poſſeſſa ab Pii II. armis in Eccleſiæ poteſtatem redigitur. *46.*
Ferdinandus Alphonſi Aragonenſis nothus in Regno Neapolitano ſuccedit. 102. Periculoſum bellum cum Rebellibus gerit. *ib.* Victus, et tandem victor. *ib.* Ejus obitus. 103.
Ferrarienſes Monetæ ſub Eſtenſibus, ac Pontificibus cuſæ 51. 52.
Firmi. Monetę. 52. Quo tempore Urbs jure Monetæ donata. 53
Firmani a Raynaldi de Monte Viridi tyrannide ſe eximunt. 53. A Franciſco Sfortia ad Pontificem deficiunt. 54.

Fran-

Franciſcus Sfortia Picenum occupat. 15. Ab Eugenii IV. armis expellitur. 16. Blancam Philippi Mariæ Mediolani Ducis filiam notham connubio ſibi jungit. 82. Dux Mediolani ſalutatur. *ib.* Genuam occupat. *ib.* Ejus poſtrema dies. 83.
Franciſcus II. Sfortia Dux Mediolani. 86. Ejus mors. *ib.*
Franciſcus Foſcari Venetiarum Dux a Patribus ob nimium ſenium dignitate privatur. 134.
Franciſcus Roboreus Dominus Senogalliæ. 133. Piſaurum ei a Julio II. aſſignatur. 114. Guidoni Ubaldo Urbini Duci in Principatu ſuccedit. 140. A Leone X. Principatu pulſus poſt ejus mortem amiſſam Ditionem recuperat. 141.
Franciſci Gonzagæ Mantuæ Vicarii dotes ſingulares. *66.*
Franciſci Gonzagæ Marchionis Mantuæ geſta bellica. *69.*
Fridericus Feltrius Dominus Eugubii, et Urbini. 40. Ejus quanta, et quàm illuſtria geſta. 41. A Xiſto IV. Ducis titulo condecoratur. *ib.* Ferrariæ moritur. *ib*
Fridericus Gonzaga a Carolo V. Imperatore Dux Mantuę renuntiatur. 71. Ei Monferratenſis Ditio Vxorio nomine obvenit. 92.

G

Galeatius Maria Sfortia Dux Mediolani ſævus, ac libidinibus deditus a conſpirationibus occiditur. 83.
Galeottus Robertus Malateſta Arimini Toparcha. 11. Miraculis poſt obitum clarus. *ib.*
Genuenſes quo tempore jus Monetæ reportaverint. 58. Quæ olim eorum potentia. *ib.* Quis fuerit primus Dux. *ib.* Franciſco Gallorum Regi aliquandò Urbs paruit. 59.
S. Georgius Ferrariæ Patronus. Monetæ ejus icone ſignatæ. 50.
Gherardinus Spinula Lucam a Bavaro emercatur. *61.*
Girfalcus vulgò *Gerione* Firmanæ Arcis nomen. 53.
Gonzagæ quando Mantuæ Imperium ſuſceperint. *64.*
Guidonis Tarlati Aretii Epiſcopi bellica geſta. 12. Anathemate a Pontifice percutitur. 13. Ludovicum Bavarum Pontifici infenſum Mediolani coronat. *ib.* Ejus pia mors *ib.*
Guido Marchio Bentivolus laudatur. 22.
Guidubaldus Urbini Dux Principatum, ſibi a Valentino Borgia ereptum, recuperat. 140.

H

Hieronymus Riarius Forolivii Dominus ob gravia pedagia ſubditis impoſita confoditur. 56.

Jaco-

I

Jacobus Cardinalis Serra Ferrariæ Legatus. 49. Monetæ Ferrariæ cuſæ ejus Gentilitio ſcuto ornatæ. 51.
Jacobus Appianus Piſis dominatur. 118.
Imperialium Libræ diverſi valores exponuntur. 79.
Joanna Neapolis Regina quo pretio Avenionenſem Provinciam Pontifici vendiderit. 99. Pontifici infenſa Antipapæ adhæret. *ib.* Ejus turpis mors. *ib.*
Joannæ II. Neapolis Reginæ varia geſta. 100. 101.
Joannes Vicecomes Archiepiſcopus Mediolani a Mediolanenſibus in Dominum eligitur. 78. Nonnullis Urbibus Ditionem adauget. *ib.*
Joannes Mocenicus Dux Venetiarum. 134.
Joannes Galeatius Comes Virtutum Dominus Mediolani. 79. A Wincislao Imperatore Ducis titulo inſignitur. 80. Veronam ſibi ſubdit. 137.
Joannes Maria Dux Mediolani. 80. Ejus barbarica feritas *ib.* A conſpirationibus trucidatur. *ib.*
Joannes Galeatius Dux Mediolani VI. non ſine veneni ſuſpicione, ei a Ludovico Patruo propinati, interiit. 84.
Joannes Franciſcus Gonzaga Marchionis titulo a Sigiſmundo Imperatore inſignitur. 67. Ejus virtus in bellicis rebus. *ib.*
Joannes Borgia Camerini Dux renuntiatus anno 1502. 29.
Joannes Maria Varanus in paternum ſolium reſtituitur. 29. A Leone X. Dux Camerini creatus. *ib.*
Joannes Bentivolus II. Bononiæ Primatum per plures annos tenuit. 22. Ei a Maximiliano Imperatore conceditur facultas cudendi monetas. 23.
Joannes Sfortia Conſtantio Patri in Piſaurenſi Principatu ſuccedit. 112. Ejus mors. 113.
Joannes de Vignate Dominus Laudis Pompejæ, et Placentiæ. 120. In vincula conjectus turpem mortem oppetiit. *ib.*
Joannes Agnellus Piſas aſtu occupat. 118. A Populo expellitur. *ib*
Joannis Iacobi Triultii bellica geſta 138. Ei in præmium virtutis Viglevani Principatus aſſignatur. *ib.*
Julia Varana Joanni Mariæ Patri in Principatu ſuccedit. 29. Guidoni Ubaldo Urbini Duci deſponſatur. *ib.* A Paulo III. Principatu deturbatur. *ib.*

Julius

Julius Cæſar Varanus Camerini Regulus unà cum tribus filiis a Valentino Borgia enecatur. 28.
Julius Cardinalis Piazza Ferrarię Legatus. 50. Typus argenteæ Monetæ ejus ſtemmate inſignitus exponitur. 52.

L

Lavaniæ Monetæ ſub Ludovico Fliſco cuſæ. 60.
Laurentius Medices a Leone X. Dux Urbini renuntiatur. 114.
Lucæ Monetę Caroli IV. Imperatoris nomine exaratæ. 62.
Lucenſes variis Dominis paruere. 61. A Guiniſiorum tyrannide ope Franciſci Sfortiæ ſe liberant. 62.
Luchinus Vicecomes a Mediolanenſibus in Dominum electus. 78. Veneno, ei ab Uxore propinato, e medio tollitur.
Ludovicus Bavarus in Italiam deſcendit. 77. Mediolani ferrea Corona decoratur. 13. Cenſuris devinctus interiit. 77.
Ludovicus Ungariæ Rex Joannæ Neapolis Reginæ bellum infert. 99. Neapoli potitur. *ib.* In Panoniam revertitur. *ib.*
Ludovicus Sfortia Mediolani Dux a Francorum Rege Principatu exturbatur. 85. Captivus in Galliam obducitur, ibique moritur. *ib.*
Ludovicus Melioratus Dominus Firmi. 53.
Ludovicus de Tizonibus Decianæ Dominus conſtitutus. 38.
Ludovicus Gonzaga Mantuæ Vicarius Urbem, et Ditionem ædificiis, et arcibus auget. 65.
Ludovicus Gonzaga Marchio Mantuæ Carolum Fratrem infeſtum habet. 68. Eum in bello ſuperat, ac fugat. *ib.*
Ludovicus Marchio Salutiarum Principatu deturbatus Mediolani Ducis ope reſtituitur 128.

M

Maceratæ Monetæ quando primùm cuſæ. 62.
Manfredus utriuſque Siciliæ Rex a Carolo Andegavenſi bello petitus in pugna periit. 97.
Mantua quot annis in ditione Bonacolſium fuerit. 64. Ejus Monetæ Virgilii Poetæ imagine ornatæ. 72. 74. *Mantuanæ* Libræ diverſi valores exponuntur. 71.
Marcheſinus Moneta Ferrarienſis a Nicolao Eſtenſi primùm fuit cuſus anno MCCCLXXXI. 47.
Maſſæ Lombardorum Monetę ſub Franciſco Eſtenſi obſignatæ.

S. Mau-

S. Maurelius Ferrariæ Patronus. Monetæ ejus imagine insignitæ. 49. 50.
Maximilianus Sfortia Dux Mediolani a Franciſco Gallorum Rege expulſus in Galliam ſe confert. 86.
Mediolani Monetæ 77. Cives ob Philippi Vicecomitis mortem in libertatem conſtituti Franciſco Sfortiæ ſe ſubdunt. 82.
Michael Stenus Dux Venetiarum. 133.
Michael Antonius Marchio Salutiarum. 129.
Mirandulæ Monetæ ſub Joanne Franciſco Pico cuſæ. 90.
Montisferrati Monetę ſub Paleologa Gente obſignatæ. 91.
Mutina a quo, et quando jus Monetæ obtinuit. 93.
Mutinenſes ſe tradunt Obizoni Eſtenſi. 94. Ab Azone defecti diverſis Dominis parent. *ib.* ad Eſtenſes redeunt. *ib*

N

Neapolis, et Siciliæ Monetę. 95.
Nicolao Cardinali Fliſco Archiepiſcopo Ravennati confirmatur Privilegium cudendi monetas, et cudit. 123.
Nicolaus Tronus Dux Venetiarum. 134.
Nicolaus Eſtenſis Mutinam ſibi ſubdit. 94. Et Regium. 124.
Nicolaus Cardinalis Serra Legatus Ferrariæ. 49.
Nummi Pontificii a Xaverio Scilla prætermiſſi. 23. 45. 49. 50. 120.

O

Obicii aliquandiu Lucæ imperium tenuere. 61. Undè eorum origo. *ib.* Viri clari. *ib*
Oddo Feltrius Dominus Urbini Iſottam Eſtenſem ſibi matrimonio jungit. 40. Ob ejus libidines a Populo trucidatur. *ib.*
Ottobonus de Tertiis Regii Tyrannus a Nicolao Eſtenſe occiditur. 124.

P

Pandulphus Malateſta Fani Dominus. 45. Brixia, et Bergomo potitur 27. Jis ſpoliatus Fanum reverſus vivere deſiit. 45.
Papiæ Monetæ ſub Franciſco Sfortia cuſæ. 105.
Parmæ Monetæ. 106. Urbs quando a Franciſco Sfortia occupata. 107. Quando in Eccleſiæ poteſtatem devenerit. *ib.*
Paſchalis Maripetrus Dux Venetiarum. 134.
Peruſiæ Monetæ. 109.
Petrus Aragonum Rex Siciliæ Regnum ſibi vindicat. 99.

Petrus

Petrus Gambacurta a Piſanis in Dominum eligitur. 118.
Petrus Strocius Gallici exercitus Imperator a Ioanne Jacobo Mediceo Mariniani Regulo bello victus. 131.
Philippi Marię Mediolani Ducis varia geſta. 81.
Piſarum Monetæ Friderici Imperatoris nomine conſcriptæ 116.
Piſanorum quæ olim potentia. 117. Maritimo prælio a Genuenſibus ad Meloram fracti. *ib.* ſub quorum Principum ditione fuerint. *ib.* et *ſequ.* A Carolo VIII. Francorum Rege in libertatem reſtituti. 119. ſub Florentinis. 118. 119.
Piſaurenſis Zecchæ antiquitas. 109. Quando Urbs ad Sfortianam Gentem devenerit. 110. Quando ad Roboream. 113.
Pius II. Pontifex Fanum Fortunæ Eccleſiæ ſubdit. 46.
Pius Æneas Marchio Obicius Primicerius noſtræ Cathedralis laudatus. 61.
Placentiæ Nummi exhibentur. 121. 122.

R

Ravennæ Nummi ſub Archiepiſcopis proditi. 123.
Ranuccius Allegrettus Epiſcopus Volaterranus. 139.
Raynerius de Caſali a Cortonenſibus in Dominum adſcitus. 35.
Regienſes Nummi ſub Eſtenſibus, ac Pontificibus cuſi. 127.
Regienſes internis ſeditionibus laborant. 124. Quibus Dominis parverint. *ib.* *Regienſis* Libræ diverſi valores exhibiti. 125.
Robertus Rex Neapolis a Pontifice Rector Ferrariæ conſtitutus. 98. Ejus Præſidium a Ferrarienſibus turpiter cæſum. *ib.*

S

Sabaudiæ Monetæ. 127.
Salutiarum Marchionum nummi 128.
Salutium Oppidum a Julio II. in Civitatem erigitur, et Epiſcopali dignitate condecoratur. 129.
Senarum Monetæ Senis, ac in Monte Alcino cuſæ exhibentur. 132.
Senenſes Henrico II. Francorum Regi ſe ſubdunt. 131. Dein. Coſmo Mediceo Hetruriæ Duci. *ib.*
Senogalliæ Monetæ ſub familia Roborea obſignatę. 133.
Sigiſmundi Pandulphi Malateſtæ Arimini, et Fani Domini bellica geſta. 11. 45. Ejus ſcelera. 11. Finem facit vivendi. 12.
Simeon Buccanigra Genuenſium primus Dux. 58.

Theo-

T

Theodorus Paleologus in Monferratenſi Marchionatu ſuccedit. 91.
Thomas Clavellus Dominus Fabriani a Populo trucidatur. 44.
Thomas Cardinalis Rufus Legatus Ferrariæ. 50. Argentea Moneta ejus ſtemmate ornata. 52.
Ticinenſes Franciſco Sfortiæ ſe ſubdunt. 105.

V

Venetiarum Monetæ. 133. Veneti ad Mediolanenſem Ditionem inhiant 82. Laudem Pompejam, et Placentiam occupant. *ib.* Piſanis ſubſidia mittunt. 119. Veronam ſibi vindicant. 137.
Ugolinus Comes a Piſanis in Dominum eligitur. 117. Carceribus demandatus fame periit. *ib.*
Uguccio Phaſeolus a Piſanis in Capitaneum renuntiatur. 117. Lucæ Dominatum ſibi comparat. 61. Ob ejus tyrannidem expellitur. *ib.*
Unicornis Moneta Regienſis cujus valoris. 125,
Veronæ Monetæ ſub Scaligeris, ac Vicecomitibus obſignatæ. 137.
Viglevani Monetę ſub Jo: Jacobo Triultio cuſæ. 138.
Volaterræ Monetæ. 139.
Urbini Monetæ ſub Feltriis, ac Roboreis proditæ. 140.

1387-761